"Die quo consecrandus est novus rex, summo mane conveniant prælati et nobiles in palatio regali apud Westmonasterium, tractaturi de novi consecratione principis, et de legibus et consuetudinibus regni confirmandis, et firmiter statuendis: ita quod provideatur aliquis locus in dicto palatio, super quem hæres regis regnaturus, cum omni mansuetudine et reverentia, elevetur, ipso tamen prius, ut moris est, balneato, et induto mundissimis

Quibus consentientibus, et id idem in omnibus consona voce acclamantibus, cum omni mansuetudine ac reveren-

---

vestibus, et caligis tantummodo calciato. His peractis, ordinetur in ecclesia per archiepiscopos, episcopos, abbatem, et conventum Westmonasterii, et alios, processio in cappis sericis, cum textis, et thuribulis, et aliis quæ processioni conveniunt. Et sic induti processionaliter regi futuro occurrant in palatio antedicto, et sic ipsum processive in ecclesiam ducant, ipsoque introducto atque in pulpito in sede sibi apta collocato, hæc antiphona ab omnibus decantetur: 'Firmetur.' *etc.*"

With this agrees the Exeter pontifical: except in its title; which is somewhat singular. "*Coronatio regis secundum consuetudinem ecclesiæ Westmonasteriensis.*"

And an imperfect English pontifical in the British Museum, *Harleian MS.* 561, begins with a still more particular reference to the Westminster muniments. "*Hic est ordo secundum quem rex debet coronari, pariter et inungi, secundum cronicas et registra in abbathia Westmonasterii inventa.*"

I have no doubt that the "textus" spoken of above, was some splendid copy of the Four Gospels, or of the selected Gospels, which was specially preserved at Westminster to be used either on this great occasion only of a coronation, or at other very solemn processions. Or possibly, it was the copy of the Gospels, upon which the coronation-oath was to be taken. I have made some remarks upon this, in the preliminary dissertation: and I would also refer the reader to the dissertation on Service Books, Vol. I. p. lij., and to the extract from Giraldus, in the "Supplement" to p. lvij.

[2] The custom of assembling the archbishops and bishops of the realm is as ancient as the office itself of a Coronation: it has been always held to be necessary not only that the new sovereign should be crowned by the Primate, or a Bishop appointed by him, but also with as large an attendance of the clergy, more especially of the highest degree, as could be obtained. Peter Damian proves that this was not confined to England only: he says, in a passage of his lxix th Sermon, cited by Catalani: "Cum enim tantæ nobilitatis sanguis vel genere, vel nobilitate consecratur in regem, religio cum nobilitate totius regni viribus convocatur. Astat hinc primatum, metropolitanorum, et episcoporum gloriosa societas: illinc ducum, comitum, castellanorum, non spernenda nobilitas. Procedit medius homo super homines regnaturus constitutus agmine personali."

tia, ut mos regni exigit, exaltent illum, eoque exaltato et in sede principi apta locato, in ecclesia metropolitano et cætero clero cum summa tranquillitate sedenti, per quatuor nobiliores comites nuncietur, faciantque iidem legati coram clero post electionis repræsentationem, ex parte populi cum supplicatione petitionem, ut sicut ab omni populo electus est, ita et in ecclesia a clero benigne suscipiatur,[3] *et in regem consecretur. Quorum legatione patienter audita, metropolitanus quatuor quos elegerit præsules, totidemque abbates, dirigat ad populum, inquirens quæ a quatuor nunciis audivit, si populus testari voluerit. Et illis regressis, si concors fuerit priorum nunciorum vox sequentium, tunc demum, metropolitano inchoante, clerus Deo gratias et laudes referat.*

Moxque missi duo præsules a metropolitano cum parte cleri, cum cereis et crucibus, introducant in ecclesiam consecrandum regem electum, cum vocis emissione, hanc concinentes antiphonam:

Firmetur manus tua, et exaltetur dextera tua; justitia et judicium præparatio sedis tuæ, misericordia et veritas præcedent faciem tuam.[4]

---

[3] "recipiatur," in the Evesham pontifical. *Lansd. MS.* 451.

[4] The order for K. Ethelred, after the antiphon, and "Gloria Patri," thus continues:

"*Perveniens rex ad ecclesiam, prosternat se coram altare, et hymnizetur,* Te Deum laudamus, Te Dominum confitemur. *Quo finitenus hymnizato, rex erigatur de solo, et ab episcopis et a plebe electus, hæc tria se servaturum jura promittat, et clara voce coram Deo, omnique populo, dicit:*

"Hæc tria populo Christiano, et mihi subdito in Christi promitto nomine. In primis ut ecclesia Dei, et omnis populus Christianus veram pacem nostro arbitrio in omni tempore servet. Aliud, ut rapacitates et omnes iniquitates omnibus gradibus interdicam. Tertium, ut in omnibus judiciis æquitatem et misericordiam præcipiam, ut mihi et vobis indulgeat

In tempore Paschali. Alleluia.
Ps. Misericordias Domini.

---

suam misericordiam clemens et misericors Deus, qui vivit.

"*His peractis, omnes dicant,* Amen. *Et hæ sequantur orationes a singulis episcopis singulæ super regem dicendæ.* Te invocamus, *etc.*

"*Alia oratio.* Deus, qui populis tuis virtute consulis, et amore dominaris, da huic famulo tuo *ill.* spiritum sapientiæ cum regimine disciplinæ, ut tibi toto corde devotus in regni regimine maneat semper idoneus, tuoque munere ipsius temporibus securitas ecclesiæ dirigatur, et in tranquillitate devotio Christiana permaneat, ut in bonis operibus perseverans, ad æternum regnum te duce valeat pervenire, per Dominum.

"*Consecratio regis ab episcopo qui arcem tenuerit super eum dicenda.*

"Omnipotens sempiterne Deus," *etc.*, as below, with some important differences, noted there.

In the order for K. Henry I., after the antiphon, we have:

"*Perveniens ad ecclesiam prosternat se super pavimentum ante altare. Pavimentum autem stratum sit tapetibus et palliis. Finita antiphona fiat litania, et episcopi prosternant se supra pavimentum hinc et inde circa electum regem. Expleta autem litania erigant se. Erectus autem ab episcopis electus rex, hæc tria serviturum se esse promittat, dicens:*

"In Christi nomine promitto hæc tria populo Christiano mihi subdito. In primis me præcepturum et opem pro viribus impensurum, ut ecclesia Dei, *etc.* [*ut supra, in ord.* Ethelr.] *Et respondeant omnes,* Amen. *His expletis, unus episcoporum alloquatur populum, si tali principi ac rectori se subjicere, ac jussionibus ejus obtemperare velint. Tunc a circumstante clero et populo respondeatur:* Volumus et concedimus. *Postea vero eo devote inclinato, dicantur a metropolitano sequentes orationes.*

"Omnipotens æterne Deus, creator omnium, *etc.*

"Benedic, Domine, hunc regem, *etc.*

"Deus ineffabilis, auctor, *etc.*

"*Tunc demum ab ipso metropolitano unguantur sibi manus de oleo sanctificato.*

"Unguantur manus istæ. *etc.*"

This order is the same, (as before mentioned,) in the Winchester pontifical; the imperfect Bodley MS.; the two Cotton MSS. Tiberius. B. 8, and E. 8; and the Dublin MS. B. 3. 6.

The order for Edward II., followed by the Exeter MS., after the Antiphon, continues:

Gloria Patri.

Repetatur antiphona. Firmetur.

Appropinquans vero Rex altari, ejus imitando imperium qui dixit, Non appareas vacuus in conspectu Domini, Dei tui, *pretioso tegat pallio,*[5] *libramque auri integram Deo, Sanctoque Petro apostolorum principi, princeps ipse consecrandus desuper ponendo offerat. Continuoque*[6] *super pavimentum tapetis stratum coram altari se prosternat, dicatque super illum metropolitanus hanc orationem.*

Oremus.

Deus humilium visitator, qui nos Sancti Spiritus illustratione consolaris, prætende super hunc famulum tuum *N.* gratiam tuam, ut per eum, tuum in nobis adesse sentiamus adventum. Per Dominum: in unitate ejusdem.

Oratione[7] *completa, injungat metropolitanus cui voluerit pontificum, plebi de præsenti negotio congruum breviter dicere sermonem, sciscitarique*[8] *ab eis ut palam*

" Gloria Patri. Sicut erat. Evovæ. Firmetur. *Postea revestiatur archiepiscopus vel episcopus qui missam celebraturus est, et cum aliis prælatis principem consecrandum honorifice per chori medium ducat usque ad magnum altare, super quod tenetur offerre pallium unum, et unam libram auri, ejus complendo præceptum qui dixit, 'Non appareas vacuus coram oculis Domini Dei tui.' Continuoque super pavimentum,"* etc., as in the text, with some unimportant variations: the chief of which the reader will find below.

[5] " Oblatio regis." Marginal note in Pontif. Sar.

[6] " Prostratio regis prima." Marginal note in Pontif. Sar.

[7] The Royal MS. 12. D. iij. (British Museum) has by an evident mistake " *Coronatione completa.*"

[8] The following sentence "sciscitarique ——,,—— interrogati" is omitted in the order for K. Edward II., and added in the margin in a later hand. The Sarum Pontifical notes in the margin " brevis sermo."

The Liber Regalis omits the sentence " sciscitarique —— in-

dicant si hunc cuncti sibi in regem eligunt, et ut illis rex consecretur si veraciter et unanimiter poscunt. Quod postquam se velle acclamaverint interrogati, metropolitanus electum mediocriter distinctaque interroget voce,[9] *si leges et consuetudines ab antiquis justis et devotis regibus plebi Anglorum concessas, cum sacramenti confirmatione, eidem plebi concedere et servare voluerit, et præsertim leges et consuetudines et libertates, a gloriosissimo*[10] *rege sancto Edwardo, clero populoque concessas. Si*[11] *autem omnibus his assentire se velle promiserit, exponat ei metropolitanus de quibus jurabit, ita dicendo:*

Servabis ecclesiæ Dei cleroque, et populo, pacem ex integro et concordiam Deo, secundum vires tuas?

---

terrogati," and inserts instead of it, the following, which is introduced as far as the word "sermone," into the margin of the Sarum pontifical, and the sentence as it stands in the text above, is bracketed. "Metropolitano interim in cathedra sua residente ante altare more episcopali. Coram ipso residebit princeps coronandus in cathedra decenti sibi præparata ex adverso. Finito quidem sermone ad plebem, metropolitanus vel episcopus eundem mediocri distinctaque voce interroget, si leges et consuetudines. *etc.*"

9 "Sessio regis." Marginal note. *Sar. Pontif.* I may remind the reader that the Roman pontifical appoints here a set sermon or admonition to be made, not to the people in order to ask their consent, but to the king concerning the duties of his station. "Quibus sic sedentibus, postquam aliquantulum quieverint, metropolitanus coronandum regem admonet, dicens, 'Cum hodie,' *etc.*" *Pontif. Rom.* The latter part of this admonition is similar to the "admonitio episcoporum ad regem" of the text, presently. It is probable that the rubric immediately following that admonition "*Adjiciantur prædictis,*" etc., was intended to give scope for a more exact imitation of the Roman use, if it was thought desirable.

10 "Glorioso." *Liber Regalis:* and the order of Edward II.

11 "Dicto autem principe se promittente omnia præmissa concessurum et servaturum, tunc exponat ei metropolitanus, *etc.*" *Lib. Reg.*

Respondebit:

Servabo.[12]

Facies fieri in omnibus judiciis tuis æquam et rectam justitiam, et discretionem, in misericordia et in veritate, secundum vires tuas?

Respondebit:

Faciam.

Concedis justas leges esse tenendas, et promittis eas per te esse protegendas, et ad honorem Dei roborandas, quas vulgus elegerit, secundum vires tuas?

Respondebit:

Concedo, et promitto.

Sequitur admonitio episcoporum ad regem, et legatur ab uno episcopo coram omnibus clara voce, sic dicendo:

Domine Rex,[13] a vobis perdonari petimus, ut unicuique de nobis et ecclesiis nobis commissis, canonicum

---

[12] The Exeter Pontifical, very strangely, omits from hence down to the rubric "*Adjiciantur prædictis interrogationibus*," etc.

[13] This petition has been omitted in the late Forms. It was observed in the coronation of King James I. (of Charles I. according to the very obscure and confused account in Prynne, *Signal Loyalty*, *p.* 270) and of Charles II. I extract the form from the last mentioned Order, as it is given by Walker. "After which [i. e. the promises] the B^p^. of Rochester read the Petition of the Bishops in these words.

"Our Lord and King wee beseech you to grant and preserve vnto vs, and the Churches Cõmitted to our Charge all Canonicall priviledges, and due Law and Iustice, and that you would protect and defend vs as every good King in his Kingdome ought to be a Protector and Defender of the Bishopps and Churches vnder their Government.

"The King Answered:

"With a willing and devout heart I promise and grant my pardon, and that I will preserve and mayneteyne to you, and the Churches cõmitted to yor. Charge all Canonicall Priviledges and due Law and Iustice, and that I will be yor. Protectour and Defender to my power by the assistance of God as every good King in his Kingdome ought in right to pro-

privilegium ac debitam legem atque justitiam conservetis, et defensionem exhibeatis, sicut rex in suo regno debet unicuique episcopo, abbatibus,[14] et ecclesiis sibi commissis.

Respondebit:

Animo libenti, et devoto, promitto vobis et perdono, quia unicuique de vobis et ecclesiis vobis commissis, canonicum privilegium et debitam legem atque justitiam servabo, et defensionem quantum potuero, adju-

---

tect and defend the Bps. and Churches under their Government."

This petition does not occur in the earlier Forms of K. Ethelred, Henry I. and Edward II.

I extract the following from the important "Devyse" for K. Henry VIII. so often alluded to in the dissertation. "Then foloweth the peticions of the bisshoppes to the kyng, which by the bisshop of Lincoln shall be openly redde in good and distinct voice, seying: *Domine rex.* Sir King, we aske of you to perfitely geven and graunted vnto vs, that ye shall kepe vnto vs and eche of vs, and to all the churches that beth geven and comytted vnto vs and eche of vs, the priuileges of the lawe canon and of hooly church, and due lawe and rightfulnesse, and vs and them defende as a doughty and Christen King ought to do. And in like wise to graunte and do thurgh all your Reame to euery bishop, abbot, and all the churches to them commytted.

"The kyng shall aunswer. *Libente animo.* With good will and deuoute soule, I promytte and perfitely graunte that to you and euery of you, and to all the churches to you commytted, I shall kepe the priuileges of the lawe of canon and of holy Church: and lawe and rightfulness: and I shall in as moche as may be, by reason and right defende you and euery of you bisshoppes and abbotts thurgh my Reame: and all the churches to you and them commytted. All these things and euery of theym, I Henry king of Englande, promytte and conferme to kepe and obserue, so helpe me God, and thise holy Euangelists by me bodily touched upon this hooly awter."

[14] This word is erased in the text of the Sarum pontifical, doubtless after the suppression of the monasteries, and inserted in the margin in a hand of the time of Queen Mary. The same erasure occurs almost immediately below.

vante Domino, exhibebo, sicut rex in suo regno unicuique episcopo, abbatibus, et ecclesiis sibi commissis, per rectum exhibere debet.[15]

Adjiciantur prædictis interrogationibus quæ justa fuerint. Prænunciatis omnibus supradictis, dictus princeps confirmet se omnia prædicta esse servaturum, sacramento[16] super altare coram cunctis protinus præstito. His itaque peractis, metropolitanus vel episcopus genuflectendo cum devotione incipiat excelsa voce hymnum,

Veni Creator,

dicto rege[17] interim ante altare supertapetis et quissinis, per regios ministros decenter ibidem collocatis, humiliter prostrato.

Finito vero hymno, sequatur hæc oratio :

---

[15] In the modern Roman pontifical, among the other duties explained to the new sovereign in the "admonition" before spoken of, note 9, is this : "Christianam religionem, ac fidem catholicam, quam ab incunabulis professus es, ad finem usque inviolatam retinebis, eamque contra omnes adversantes pro viribus defendes." And how ancient this practice was, may be concluded from the iijrd. canon of the sixth council of Toledo. "Quisquis succedentium temporum regni sortitus fuerit apicem, non ante conscendat regiam sedem, quam inter reliqua conditionum sacramenta pollicitus fuerit, hanc se catholicam non permissurum eos (*nempe Judæos*) violare fidem. *etc.*" And it thus concludes. "Ergo postquam ordine præmisso, ad gubernacula accesserit regni, si ipse temerator hujus extiterit promissi, sit anathema, maranatha, in conspectu sempiterni Dei, et pabulum efficiatur ignis æterni."

There is certainly no express stipulation to this effect in the ancient English forms ; nor is there in the modern Roman use : although Catalani (who quotes also the above canon), rather hastily, as it seems to me, concludes that it is to be gathered from the promise of the new sovereign, in the "professio regis" which immediately succeeds, and which is couched in very general terms. Cf. Comment. in Pontif. Rom. *tom*. i. 378.

[16] "Juramentum regis." Marginal note in *Sar. Pontif.*

[17] "Prostratio regis secunda." *Marginal note.*

Te invocamus, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, ut hunc famulum tuum. *N.* quem tuæ divinæ dispensationis providentia in primordio plasmatum, usque hunc præsentem diem juvenili flore lætantem crescere concessisti, eum tuæ pietatis dono ditatum plenumque gratia et veritate, de die in diem, coram Deo et hominibus, ad meliora semper proficere facias, ut summi regiminis solium, gratiæ supernæ largitate, gaudens suscipiat, et misericordiæ tuæ muro ab hostium adversitate undique munitus, plebem sibi commissam, cum pace propitiationis et virtute victoriæ, feliciter regere mereatur. Per Christum Dominum.

Post orationem[18] *incipiant duo episcopi vel duo cantores litaniam,*[19] *metropolitano vel episcopo et cæteris episcopis cum eo prostratis, et septem psalmos pœnitentiales ex corde cantantibus: infra litaniam hæc adjungant:*

Ut præsentem famulum tuum in tua pietate, justitia, et sanctitate, confirmare et conservare digneris.

Te rogamus audi nos.

Postea sequantur hæ orationes.

---

[18] "Litania cum septem psalmis." *Marginal note.*

[19] The position of the litany in this Office has differed much, at various times and in various countries. But the antiquity of its use at some period or other of the ceremony is proved by the very ancient *Ordo Romanus,* which commands: "ut cuncto ecclesiæ pavimento tapetibus et palliolis contecto, ibi rex humiliter totus in cruce prostratus jaceat cum episcopis, et presbyteris, hinc inde prostratis, cæteris in choro litaniam breviter psallentibus." The "breviter" refers to the restriction which is afterwards enjoined, that only twelve Apostles, and as many martyrs, confessors, and virgins, should be invocated. The phrase "totus in cruce" would appear to mean, with arms extended. The student will observe that in the text, only the bishops are directed to prostrate themselves with the king.

Dominus vobiscum.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, Creator omnium, Imperator angelorum, Rex regnantium, Dominusque dominantium, qui Abraham fidelem famulum tuum de hostibus triumphare fecisti, Moysi et Josuæ populo prælatis multiplicem victoriam tribuisti, humilemque David puerum tuum regni fastigio sublimasti, et Salomonem sapientiæ pacisque ineffabili munere ditasti; respice, quæsumus,[20] ad preces humilitatis nostræ, et super hunc famulum tuum, quem supplici devotione in regem consecramus,[21] benedictionum tuarum dona multiplica, eumque dexteræ tuæ potentia semper et ubique circumda, quatenus prædicti Abrahæ fidelitate firmatus, Moysi mansuetudine fretus, Josuæ fortitudine munitus, David humilitate exaltatus, Salomonis sapientia decoratus, tibi in omnibus placeat, et per tramitem justitiæ inoffenso gressu semper incedat, ecclesiamque[22] tuam deinceps cum plebibus sibi annexis ita enutriat ac doceat, muniat et instruat, contra omnes visibiles et invisibiles hostes idem potenter regaliterque tuæ vir-

---

[20] "Respice propitius." Order of K. Ethelred.

[21] In the earlier orders of K. Ethelred, Henry I. and Edward II. (followed by the Exeter MS.) the form runs, "quem——in regem eligimus." The alteration is curious.

[22] "Hic totius regni Anglo-Saxonum ecclesiam deinceps cum plebibus sibi annexis, *etc.*" *Order of Ethelred.* The reader will find that in the modern Roman Use, from hence to the words "tuæ quoque protectionis" is omitted. The prayer is very ancient: not only to be traced to the earliest MS. which we now have of the Anglo-Saxon ceremonial, but it is also in the old "Ordo Romanus." I may add, that in some early foreign pontificals, this prayer is to be said aloud by the archbishop, and "voce submissa" by the other bishops: "ad tollendam scilicet confusionem (observes Catalani), non vero quod in ea vocis submissione aliquid arcani mysteriive contineatur."

tutis regimen administret,[23] et ad veræ fidei pacisque concordiam eorum animos, te opitulante, reformet, ut

[23] "administret, ut regale solium, videlicet Anglorum vel Saxonum sceptro, non deserat, sed ad pristinæ fidei, pacisque, *etc.*" *ibid.* This passage is remarkable: and it is a very curious circumstance, that the famous manuscript, (now in the British Museum, Cotton, Tiberius B. viij.) of the coronation service of Charles V. of France, contains the same sentence, with not a less plain reference to the Anglo-Saxons. The words are these: "ut regale solium videlicet Saxonum, Merciorum, Nordanchimbrorum sceptra non deserat." This fact has been remarked by Selden in his Titles of Honour, *p.* 177. 189. and he argues very justly that the French Order owes its origin to the more ancient Forms used in this country. It nevertheless is somewhat more than strange, that they who adopted and revised to suit their own circumstances our English Office, should have omitted to correct this passage in the prayer. The numberless instances of agreement, even verbal, which occur between the ancient English forms and the French, would have proved a common origin: such an argument as the present proves more; viz. this: England can claim the honour of having given her Order of Coronation to the kings and people of France.

In the Appendix to the sacramentary of S. Gregory (*Opera, tom.* 3. *p.* 258,) Menard has printed the "Ritus olim observatus in unctione regum Francorum: *ex codice Ratoldi Abbatis.*" In that Order, this prayer occurs; and after the words "semper incedat" above, is the following, not less worthy of notice than the corresponding reference in the Service of Charles V. "—— incedat, et totius Albionis ecclesiam deinceps cum plebibus sibi annexis, *etc.*" The reader will at once see, that the argument in the preceding paragraph of this note is strongly confirmed by this reference to England: but it would not be just to omit Menard's own remarks upon it. Probably he was not aware of the existence of the Cotton MS. or he would have argued doubtless that Charles V. was also crowned King of England; as indeed, he does seem to pretend with respect to Henry IV. if I understand him rightly: even although, as he quaintly says, he could discover no record of the original fact extant. He says, "Quæ quidem verba (*Albionis ecclesiam*) satis manifestant aliquem Francorum regem id temporis in Anglorum regem unctum fuisse: quod tamen est difficile scitu, cum nihil tale in historicis antiquis cum Francorum, tum An-

horum populorum debita subjectione fultus, tuo digno amore glorificatus,[24] ad paternum decenter solium tua miseratione conscendere mereatur, tuæ quoque protectionis galea munitus, et scuto insuperabili jugiter protectus, armisque cœlestibus circumdatus, optabilis victoriæ triumphum feliciter capiat, terroremque suæ potentiæ infidelibus inferat, et pacem tibi militantibus lætanter reportet, [25]per Dominum nostrum, qui virtute crucis tartara destruxit, regnoque diaboli superato ad

---

glorum repereris, per quos huic difficultati lucem afferre quis possit. Nemini autem dubium est quin Albion, cujus hic mentio est, sit Britannia major. Id testantur veteres omnes recentioresque geographi.——Quis fuerit autem ex regibus Francorum sub hac formula in regem Anglorum unctus, dicere obscurum est. Ex hoc tamen apparet antiquum jus regibus Francorum in regnum Angliæ fuisse." And the same writer adds in a note, a suggestion in proof of his theory, which is demolished by the Order of K. Ethelred; " Forte consecratio hæc in Ludovici IV. inauguratione fuit adhibita, qui cum ob Ogivam matrem, ex Angliæ regum stirpe esset oriundus, in spem hujus regni vocatus potuit simul ungi in regem Angliæ et Franciæ. Quibus non placebit conjectura hæc, meliorem suppeditent; doceantque quis ex Galliæ regibus ante mortem Ratoldi abbatis qui ann. 986 obiit, potiore jure in regem Angliæ ungi et consecrari potuerit." This would indeed be difficult: but it is not necessary that those who are dissatisfied with the conjectures of so very learned a person as Menard, are bound to propose better.

[24] "glorificatus, per longum vitæ spatium paternæ apicem gloriæ tuæ miseratione unita, stabilire et gubernare mereatur." Order of K. Ethelred.

[25] "reportet. Virtutibus, Christe, hunc quibus præfatos fideles tuos decorasti, multiplici honoris benedictione condecora, et in regimine regni sublimiter colloca, et oleo gratiæ Spiritus Sancti perunge, per Dominum, in unitate ejusdem." *ibid.* Immediately after this prayer in K. Ethelred's Order, follows the anointing, of which the rubric, &c. is given below. It may be added that the French order of K. Charles V. (just spoken of) gives the concluding sentences of both the Anglo-Saxon and the Sarum orders: putting the Sarum last, and of course omitting the " Per Dominum" of the first.

cœlos victor ascendit, in quo potestas omnis regum consistit, et victoria, qui est gloria humilium, et vita salusque populorum. Qui tecum.

Alia oratio.

Benedic, Domine, hunc regem nostrum, qui regna omnium moderaris a sæculo, et tali eum benedictione glorifica, ut Davidicæ teneat sublimitatis sceptrum, et glorificatus in ejus, te propitio, reperiatur merito. Da ei tuo inspiramine cum mansuetudine ita regere populum, sicut Salomonem fecisti regnum obtinere pacificum. Tibi cum timore semper sit subditus, tibique militet cum quiete; sit tuo clypeo protectus cum proceribus, et ubique tua gratia victor existat; honorifica eum præ cunctis regibus gentium, felix populis dominetur, et feliciter eum nationes adorent. Vivat inter gentium catervas magnanimus, sit in judiciis æquitatis singularis, locupletet eum tua prædives dextera, frugiferam obtineat patriam, et ejus liberis tribuas profutura; præsta ei prolixitatem vitæ per tempora, ut in diebus ejus oriatur justitia; a te robustum teneat regiminis solium, et cum jocunditate et justitia æterno glorietur in regno. Per Dominum.

Deus ineffabilis, auctor mundi, conditor generis humani, gubernator imperii, confirmator regni, qui ex utero fidelis amici tui patriarchæ nostræ Abrahæ præelegisti regem sæculis profuturum, tu præsentem regem hunc cum exercitu suo per intercessionem omnium sanctorum uberi benedictione locupleta, et in solium regni firma stabilitate connecte. Visita eum, sicut Moysen in rubo, Jesum Nave in prælio, Gedeon in agro, Samuelem in templo, et illa eum benedictione siderea ac sapientiæ tuæ rore perfunde, quam beatus David in psalterio Salomon filius ejus, te remunerante, percepit e cœlo. Sis ei contra acies inimicorum lorica,

in adversis galea, in prosperis patientia, in protectione clypeus sempiternus; et præsta ut gentes illi teneant fidem, proceres sui habeant pacem, diligant caritatem, abstineant se a cupiditate, loquantur justitiam, custodiant veritatem; et ita populus iste pullulet, coalitus benedictione æternitatis, ut semper maneant tripudiantes in pace victores. Per Christum Dominum nostrum.

Oremus.

Deus, qui populis tuis virtute consulis et amore dominaris, da huic famulo tuo .*N.* spiritum sapientiæ cum regimine disciplinæ, ut tibi toto corde devotus, in regni regimine maneat semper idoneus, tuoque munere ipsius temporibus securitas ecclesiæ dirigatur, et in tranquillitate devotio Christiana permaneat, ut in bonis operibus perseverans, ad æternum regnum, te duce, valeat pervenire. Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Qui tecum.

Hic mutet dominus metropolitanus, vel episcopus, vocem suam[26] *more præfationis, hoc modo:*

Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Sursum corda.

Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro.

Dignum et justum est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Electorum fortitudo, et humilium celsitudo, qui in primordio per effusionem diluvii crimina mundi castigare voluisti, et per colum-

---

[26] The Order for K. Edw. II. and the Liber Regalis, merely say: "*Hic mutet* —— ,, —— *vocem suam.* Per omnia. *etc.*"

bam ramum olivæ portantem, pacem terris redditam demonstrasti; iterumque Aaron famulum tuum per unctionem olei sacerdotem sanxisti, et postea per hujus unguenti infusionem, ad regendum populum Israeliticum, sacerdotes, ac reges, et prophetas perunxisti, vultumque ecclesiæ in oleo exhilarandum per propheticam famuli tui vocem David esse prædixisti; ita quæsumus omnipotens Pater, ut per hujus creaturæ pinguedinem hunc servum tuum .*N.* sancti✠ficare tua bene✠dictione digneris, eumque in similitudinem columbæ pacem simplicitatis populo sibi subdito præstare, et exempla Aaron in Dei servitio diligenter imitari, regnique fastigia in consiliis scientiæ et æquitate judicii semper assequi, vultumque hilaritatis per hanc olei unctionem tuamque benedictionem,[27] te adjuvante, toti plebi paratum habere facias: *Submisse dicat,* Per Dominum.

Finitis orationibus istis,[28] *ascendat electus in cathedra coram metropolitano apposita, cui vero cum ad eum*

---

[27] "Bene ✠ dictionem." *Lib. Reg.*

[28] The Sarum Pontifical has in the margin; "surgat rex." The rubric of the Liber Regalis is different from the text, and is as follows. "Finitis orationibus istis, surgat princeps, et resideat in prædicta cathedra coram metropolitano vel episcopo, modo quo prælibatum est. In qua cathedra princeps paululum quiescens iterato resurgat, et vadat ad altare, deponatque ibi vestes suas, præter tunicam sericam et camisiam apertas profundius usque subter pectus et inter scapulas, et in scapulis, et etiam apertas in compagibus brachiorum: aperturis tunicæ et camisiæ sibi invicem connexis ansulis argenteis. Tunc vero a metropolitano vel episcopo dissectis ansulis in apertura tunicæ et camisiæ supradictæ, pallio super dictum principem extenso, manus principis oleo inungantur, dicente metropolitano vel episcopo orationem, 'Ungantur,' *etc.*" This variation of rubric is introduced in a later hand into the margin of our text.

I would remind the student, that he must compare the many variations of the modern Roman pontifical: here I think it only necessary to quote a part of the rubric preceding the unction, according

accesserit metropolitanus, vestem[29] *qua indutus fuerit rex electus, pallio super eum interim extenso, scindat propriis usque ad cingulum manibus. Deinde manus regis electi sancto ungantur oleo, dicente metropolitano:*

Ungantur[30] manus istæ de oleo sanctificato, unde uncti fuerunt reges et prophetæ, et sicut unxit Samuel

---

to that Use. "Post hæc —,,— metropolitanus intingit pollicem dexteræ manus in oleum catechumenorum, et inungit in modum crucis, illius brachium dexterum, inter juncturam manus, et juncturam cubiti, atque inter scapulas."

[29] From the note just above, transcribed from the *Liber Regalis*, this vestment was the "camisia." The student should consult the glossary of Du Cange for the several meanings of this word; nearly all of which are to be referred to some ecclesiastical use, and most frequently it seems to have signified the albe. Thus he cites *Alcuin, de div. Off.*, who says: "Tunica, linea vestis erat interior, quam camisiam dicimus, vel supparum." And *Peter Blesensis:* "Indutus camisia linea, quæ communi nomine dicitur Alba." *Serm.* 41. However, in the text, the "camisia" is to be taken to signify the under garment, or linen, of the sovereign: of which meaning there are many examples in old writers. As *Isidore* explains the word: "Camisias vocamus quod in his dormimus in camis, id est, in stratis nostris." Also, *Paul the deacon:* "Supparus, vestimentum puellarum, quod et subucula, id est, camisia dicitur." *In Epit. Festi.* And once more, *Victor Uticensis:* "De palliis altaris, proh nefas, camisias sibi et femoralia faciebant." *De persec. Vandal.* l. 1.

To these it cannot be amiss to add an example of this vestment, as a royal present to an English prince, in the early part of the seventh century, from pope Boniface: who thus concludes his epistle to K. Edwin. "Præterea, benedictionem protectoris vestri beati Petri apostolorum principis vobis direximus, id est, camisiam cum ornatura in auro una, et lena Ancyriana una: quod petimus, ut eo benignitatis animo gloria vestra suscipiat, quo a nobis noscitur destinatum." *Bedæ Hist. Ecc. lib.* 2. *cap.* xj.

[30] The following is the Order in K. Ethelred's book; immediately succeeding, as was before remarked, see note 4, the prayer, "Omnipotens sempiterne Deus."

"*Hic unguatur oleo, et hæc cantetur antiphona:* Unxerunt Salomonem Sadoch sacerdos et Nathan propheta regem in Gion:

David in Regem, ut sis benedictus et constitutus rex in regno isto, super populum istum, quem Dominus

---

et accedentes dixerunt, Vivat rex in æternum.

" *Quam sequatur oratio.*

" Christe, perunge hunc regem in regimen, unde unxisti sacerdotes, reges, et prophetas, ac martyres, qui per fidem vicerunt regna, et operati sunt justitiam, atque adepti sunt repromissiones. Tua sacratissima unctio super caput ejus defluat, atque ad interiora descendat, et cordis illius intima penetret, et promissionibus, quas adepti sunt victoriosissimi reges, gratia tua dignus efficiatur, quatenus et in præsenti sæculo feliciter regnet, et ad eorum consortium in cœlesti regno perveniat. Per.

Alia. Deus electorum fortitudo, et humilium celsitudo, qui in primordio per effusionem diluvii crimina mundi castigare voluisti, et per columbam ramum olivæ portantem pacem terris redditam demonstrasti, iterumque Aaron famulum tuum per unctionem olei sacerdotem sanxisti, et postea per hujus unguenti infusionem ad regendum populum Israheliticum sacerdotes ac reges et prophetas præfecisti, vultumque ecclesiæ ——." The MS. is here most unhappily imperfect: a folio having been torn out. See below, for the whole prayer, in Appendix No. 2. note 4, from the Leofric missal.

The order in the later MSS. varies considerably, nor is it difficult to trace the alterations as they were introduced. The following is the Service as appointed for K. Henry I. which, generally, is the same also in the Winchester pontifical and the Dublin MS. with the exception that these last have the prayer " Prospice omnipotens Deus," after the unction of the hands.

" *Tunc demum ab ipso metropolitano unguantur sibi manus de oleo sanctificato:* Unguantur manus istæ, *etc.* (*Oremus.* Prospice, omnipotens. *Winchester and Dublin MSS.*) *Postea vero pectus et scapulæ, ambæque compages brachiorum ipsius unguantur de supradicto oleo, et de eodem crux fiat super caput ejus, et postea de chrismate, et dicantur sequentes orationes.* Deus Dei filius Jesus. (*Oremus.* Deus, qui es justorum gloria. *Hen. I.*) *Postea ab episcopis ensem recipiat.*"

In the Cotton MS. Tiberius, B. viij. (which enables us to trace the prayer, " Prospice omnipotens," to the early part of the xj th century), and in the Bodl. MS. Rawl. C. 400, we have:

" *Tunc demum ab ipso metropolitano unguantur sibi manus de oleo sanctificato:* Unguantur

Deus tuus dedit tibi, ad regendum et gubernandum. Quod ipse præstare dignetur, qui cum Patre.

Choro interim concinente antiphonam :

Unxerunt Salomonem Sadoc sacerdos et Nathan propheta regem, et accedentes læti dixerunt, Vivat rex, vivat rex, vivat rex, in æternum.

In tempore Paschali. Alleluia.

Ps. Domine in virtute.

Oratio.

Prospice,[31] omnipotens Deus, serenis obtutibus hunc gloriosum regem .*N.* et sicut benedixisti Abraham, Isaac, et Jacob, sic illum largis benedictionibus spiritualis gratiæ cum omni plenitudine, tua potentia irrigare atque perfundere dignare. Tribue ei de rore cœli et de pinguedine terræ, abundantiam frumenti, vini, et olei, et omnium frugum opulentiam ex largitate divini mu-

---

manus istæ. *etc.* *Oratio.* Prospice, omnipotens Deus. *Postea vero caput, pectus, et scapulæ, ambæque compages brachiorum ipsius unguantur a metropolitano, ita dicente:* Unguatur caput istud, *etc.* *Interim cantatur resp.* Deum time. *Post unctionem, oratio:* Deus Dei filius Jesus. *Alia.* Deus, qui es justorum. *Postea ab episcopis ensem recipiat.*" I must remark, that the rubrics in the order of Edward II. vary in some verbal *omissions* from the above. For example, it says simply, "*Oratio,*" not prefixing "*Post unctionem.*"

The Cotton MS. Tiberius E. viij. is the same with MS. Tiberius, B. viij, except that it omits the prayers "Prospice omnipotens," and "Deus, qui es justorum."

The order for K. Edward II. with some unimportant variations, follows that of the text, as far as the anointing of the head.

[31] The Sarum pontifical has "Respice," but, upon the authority of all the MSS. (the Exeter alone excepted) which have the prayer, viz. of Henry I. Edward II. and the Liber Regalis; of the Winchester pontifical; the Lansdown MS. 451; the Royal MS. 12. D. 3; and the Cotton, Tiberius B. viij; of the Bodl. MS. Rawl. c. 400, and the Dublin MS. I have introduced "Prospice" into the text.

neris longa per tempora; ut illo regnante sit sanitas in patria, et pax inviolata sit in regno, et dignitas gloriosa regalis palatii maximo splendore regiæ potestatis oculis intuentium fulgeat, luce clarissima coruscare atque splendescere, quasi splendidissima fulgura maximo perfusa lumine videatur. Tribue ei, omnipotens Deus, ut sit fortissimus protector patriæ, et consolator[32] ecclesiarum, ac cœnobiorum sanctorum maxima cum pietate regalis munificentiæ; atque ut sit fortissimus regum, triumphator hostium, ad opprimendas rebelles et paganas nationes. Sitque suis inimicis satis terribilis præ maxima fortitudine regalis potentiæ. Optimatibus quoque atque præcelsis proceribus atque fidelibus sui regni munificus, et amabilis, et pius; ut ab omnibus timeatur atque diligatur. Reges quoque de lumbis ejus per successiones temporum futurorum egrediantur regnum hoc regere totum, et post gloriosa tempora atque felicia præsentis vitæ, gaudia sempiterna in perpetua beatitudine habere mereatur. Per Dominum.[33]

Postea vero pectus, et scapulæ, ambæque compages brachiorum ipsius ungantur de supradicto oleo, et de eodem crux fiat super caput ejus, et postea de chrismate, metropolitano dicente:[34]

Ungatur caput istud, pectus, scapulæ, et compages brachiorum de oleo sanctificato, unde uncti fuerunt

---

[32] This sentence, "ecclesiarum —,,— munificentiæ," is erased in the Sarum pontifical, and restored from the text of the Liber Regalis.

[33] "Inunctio Regis." Marginal note.

[34] After the word "chrismate," the Liber Regalis proceeds, as follows:

"Et prævideatur a sacrista quod ampullæ tam de oleo quam de chrismate, quarum una deaurata est et in se continens sanctum chrisma, altera vero solum argentea et in se continens oleum sanc-

reges et prophetæ, et sicut Samuel unxit David in regem ut sis benedictus, et constitutus rex in regno isto, super populum istum quem Dominus Deus tuus dedit tibi ad regendum et gubernandum. Quod ipse præstare dignetur.

Sequatur oratio, cum, Oremus.

Deus, Dei Filius, Jesus Christus, Dominus noster, qui a Patre oleo exultationis unctus est præ participibus suis, ipse per præsentem sacri unguenti infusionem Spiritus Paracliti super caput tuum infundat bene ✠ - dictionem, eandemque usque ad interiora cordis tui penetrare faciat, quatenus hoc visibili et tractabili dono invisibilia percipere, et temporali regno justis moderaminibus executo, æternaliter cum eo regnare merearis, qui solus sine peccato Rex regum vivit, et gloriatur cum Deo Patre, in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Deus, qui es justorum gloria, et misericordia peccatorum, qui misisti Filium tuum pretioso sanguine suo genus humanum redimere, qui conteris bella, et propugnator es in te sperantium, et sub cujus arbitrio omnium regnorum continetur potestas, te humiliter deprecamur, ut præsentem famulum tuum .*N.* in tua misericordia confidentem, in præsenti sede regali be-

---

tum, sint ad altare præparatæ. Rege igitur sic uncto, connectantur ansulæ aperturarum, propter unctionem ab abbate Westm. vel vicem ejus gerente: et dicantur a metropolitano vel episcopo sequentes orationes. ‘Deus, Dei filius.’ ‘Deus, qui es.’”

This variation is (as before) introduced into the margin of the Sarum pontifical.

The reader will observe that the benediction “Ungatur caput,” *etc.* is omitted: nor is it in the order of K. Edward II. Hence it was doubtless introduced between the date of the Liber Regalis, and of the MS. from which our text is taken.

ne ✠ dicas, eique propitius adesse digneris, ut qui tua expetit protectione defendi, omnibus sit hostibus fortior. Fac eum, Domine, beatum esse, et victorem de inimicis suis. Corona eum corona justitiæ et pietatis, ut ex toto corde et tota mente in te credens, tibi deserviat, sanctam tuam ecclesiam defendat et sublimet, populumque sibi commissum juste regat, nullis insidiantibus malis eum in injustitiam convertat. Accende, Domine, cor ejus ad amorem tuæ gratiæ per hoc unctionis oleum, unde unxisti sacerdotes, reges, et prophetas, quatenus diligens justitiam, per tramitem similiter justitiæ populum ducens, post peracta a te disposita in regali excellentia annorum curricula, pervenire ad æterna gaudia mereatur. Per.

Post hæc[35] *vero induatur sindonis colobio,*[36] *capite*

---

[35] "Post hæc induatur sindonis colobio, ad modum dalmaticæ formato, capite amictu operto propter unctionem. Qui amictus per septem dies continuos circa regium caput indesinenter permanebit. Octava vero die post dicti regis consecrationem, unus episcoporum, dicto rege in ecclesia sive capella sua præsente, missam de Trinitate celebrabit. Missaque finita, idem episcopus amictum præfatum auferet de capite regali, dictumque caput regium aqua calida cum omni diligentia lavabit: quo loto et exsiccato, crines regios reverenter componet: deinde circulum aureum capiti dicti regis imponet honorifice. Quem quidem circulum memoratus princeps, ob reverentiam suæ dealbationis, ipso die feret continue capite denudato. Hiis taliter peractis, a metropolitano vel episcopo benedicantur regalia ornamenta. 'Deus, rex regum.' *etc.*" Lib. Regalis: and, in the margin of the Pontifical.

An ancient pontifical of the church of Sens, the order of which is the vij th of those printed by Martene, has this rubric: "sciendum quod ejus camisia, propter sanctam unctionem debet comburi." *De ant. ecc. rit. tom.* 2. *p.* 227.

[36] "Tunica absque manicis, vel certe cum manicis, sed brevioribus, et quæ ad cubitum vix pertinerent: ex Græco κολοβὸς, curtus." *Du Cange.* Glossarium. He cites various authorities: among them, *Isidore:* "Colobium dictum, quia longum est, et sine manicis." *Lib.* 19. *cap.* 32.

amictu[37] *propter unctionem operto, eo quidem per septem dies in albis ita existente; pedibus ejus sandalia coaptentur, et calcaria; postea induatur regalibus.*

Johan. de Janua, in Catholico: "Notum quod non solum virgines, sed etiam diaconi utebantur colobio, loco cujus postea usi sunt dalmatica." And that this was originally a female garment, appears from another old authority, who also gives us a different etymology: "Colobium, pallium virginale, ut quod ad talos descendens sine manicis, et dicitur colobium, quasi colubium, a collo depensum, vel quod sit longum." This seems quite as probable a derivation as the first: for if the colobium was short in one respect, it was long in another.

Macri says: "Hoc tunicæ genere induebantur Apostoli:" and his reason for this statement is short, if not satisfactory; "conservabatur enim in basilica apostolorum colobium D. Thomæ apostoli." *Hierolexicon. Ferrarius* argues (de re vestiaria, 1. cap. 7), against all the authorities above, that the colobium had short sleeves, rather than none at all: but his only proof is a doubtful passage in Tertullian.

In the "*Liber pontificalis,*" in the acts of S. Eutychian, we are told; "Qui et constituit, ut quicunque fidelium defunctum martyrem sepeliret, sine dalmatica aut colobio purpurato nulla ratione sepeliret." *Tom.* 1. *p.* 65. *Edit.* Vignoll. The editor explains in a note: "Hic vero *purpuratum* esse oportere dicitur, ut scilicet martyres cum eo sepultos pro Christo sanguinem fudisse, indicio id esset."

37 The amice was an ecclesiastical vestment, worn only by the clergy who were in sacred orders. Hence the use of it in the present case is important, in its bearing upon the mixed character which attached to an anointed sovereign. For its ancient purpose, it was a covering for the head; a square piece of linen, embroidered (or apparelled as it was technically termed) upon one edge. In the rubric in the text, it is directed to be applied, as originally intended. But at that time by the clergy of England, as now by the clergy of the church of Rome, the amice was only placed for an instant upon the top of the head, and then lowered upon the shoulders, to be left there, and adjusted round the neck. So that the use of it became merely symbolical.

Not that this was an alteration of late date: because Amalarius says, (and explains its meaning,) "Amictus est primum vestimentum nostrum, quo collum undique

Sequitur benedictio cujuscumque regalis ornamenti.

Deus, Rex regum et Dominus dominantium, per quem reges regnant, et legum conditores jura decernunt, dignare propitius bene ✠ dicere hoc regale ornamentum, et præsta ut famulus tuus rex noster, qui illud portaturus est, ornamento bonorum morum et sanctarum actionum in conspectu tuo fulgeat, et post temporalem vitam, æternam gloriam, quæ tempus non habet, sine fine possideat. Per Dominum.[38]

Benedictio ensis.

Exaudi, quæsumus Domine, preces nostras, et hunc ensem, quo famulus tuus .*N.* se circumcingi desiderat, majestatis tuæ dextera bene ✠ dicere et sancti ✠ ficare dignare, quatenus defensio ac protectio possit esse ecclesiarum, viduarum, orphanorum, omniumque Deo servientium, contra sævitiam paganorum, aliisque insidiantibus sit pavor, terror, et formido. Per Dominum nostrum.

Postea ab episcopo ensem accipiat,[39] *et cum ense totum*

---

cingimus: in collo est namque vox, ideoque per collum loquendi usus exprimitur. Per amictum intelligimus custodiam vocis." *Lib.* 2. *cap.* 17. I would again refer the student, who wishes to know more of these mystical meanings, to *Durandus, lib.* 3. *cap.* 2: where he will find many of them, not omitting those which were founded, if we may use such a term, upon the strings also of the amice. But he will obtain much more solid information from *Bona*, Rer. Lit. *lib.* 1. *cap.* 24. with Sala's notes on the place: *Saussajus*, Panopl. Sacerdotalis. *pars.* 1. and *Georgius.* de Lit. Rom. Pontif. *tom.* 1.

[38] "Dictis itaque ornamentis benedictis, præfatus rex a Westm. abbate vel alio loco ipsius, ut præhabitum est, induetur vestimentis. Et prius induetur super prædictum colobium tunica longa, et talari intexta magnis imaginibus aureis ante et retro, simul caligis, sandariis, et calcaribus tibiis ejus et pedibus coaptatis. Tunc sequetur benedictio ensis. 'Exaudi,' *etc.*" Lib. Regalis, and the margin of the Pontifical.

[39] The Anglo Saxon order of

regnum sibi fideliter ad regendum secundum subscripta verba sciat esse commendatum, dicente metropolitano:

Accipe gladium per manus episcoporum, licet indignas, vice tamen et auctoritate sanctorum apostolorum consecratas, tibi regaliter impositum, nostræque benedictionis ✠ officio in defensionem sanctæ Dei ecclesiæ divinitus ordinatum: et esto memor de quo psalmista prophetavit dicens, Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime, ut per eundem, vim æquitatis exerceas, molem iniquitatis potenter destruas, et sanctam Dei ecclesiam ejusque fideles propugnando protegas, nec minus sub fide falsos quam Christiani nominis hostes execreris et destruas, viduas et pupillos clementer adjuves, ac defendas, desolata restaures, restaurata conserves, ulciscaris injusta, confirmes bene

K. Ethelred, immediately succeeding the prayer "Deus electorum," see above, note 30, proceeds;

[" *Hic detur gladius.* Accipe hunc gladium cum Dei benedictione tibi collatum, in quo per virtutem Sancti Spiritus resistere et ejicer eomnes inimicos tuos valeas] et cunctos sanctæ Dei ecclesiæ adversarios, regnumque tibi commissum tutari, atque protegere castra Dei, per auxilium invictissimi triumphatoris Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre in unitate Spiritus Sancti vivit et regnat.*

" *Oratio post datum gladium.* Deus, qui providentia tua cœlestia simul et terrena moderaris, propitiare Christianissimo regi nostro, ut omnis hostium suorum fortitudo, virtute gladii spiritualis, frangatur, ac te pro illo pugnante penitus conteratur. Per.

" *Hic coronetur Rex. etc.*" See below.

Without specifying all the variations, of which the chief is the omission of the antiphon, "Confortare," it will be sufficient to state here, that from hence, to the benediction "Sta et retine," with which the earlier Forms conclude, all the other MSS. follow the order and prayers of the text: except that one of them only, viz. that of K. Edward II., gives the benediction of the ring, and that

* The first part of this prayer, within brackets, is supplied from the Cotton MS. Tiberius B. viij.

disposita, quatenus hæc in agendo, virtutum triumpho gloriosus, justitiæque cultor egregius, cum mundi Salvatore, cujus typum geris in nomine, sine fine merearis regnare. Qui cum Patre.

Accinetus autem ense,[40] *similiter armillas*[41] *accipiat, dicente metropolitano vel episcopo:*

---

the Dublin MS. omits also the benediction of the crown. The Dublin MS. is moreover imperfect, ending with the delivery of the sceptre.

[40] "Et mox rex accinctus surgit, et eximit ensem de vagina, illumque viriliter vibrat, deinde super brachium sinistrum tergit, ac iterum coram metropolitano genuflectit." *Pontif. Rom.* Of this somewhat absurd ceremony, we do not find any trace in the English Forms. The student should compare however the form, "De benedictione novi militis" in the same pontifical; from which it seems to have been introduced.

[41] There is certainly some difficulty about the "armillæ:" not as regards the shape, and purpose, and mode of being put on, for all these points are cleared by the rubric presently cited from the *Liber Regalis;* but with respect to the name. There can be little doubt that the "armilla" was originally a bracelet; as *Ducange* explains the word in his glossary, citing Strabo, *lib.* 4. and Polybius, *lib.* 2. The same learned writer adds: "Has denique armillas, quas et *Baugas* vocabant, ut præcipua regiæ dignitatis ornamenta habuisse Francos nostros, pluribus docuimus ad Alexiadem pag. 261. quod etiam de Danis ac Anglis testatur Simeon Dunelm. *lib.* 2. *cap.* 13. et Thom. Walsingham, *p.* 196."

A late writer, Mr. Taylor, has observed, (on the correctness of which I cannot venture an opinion,) "the word *baugas* identifies the 'armillæ' here spoken of with the Islandic *baugr,* and *armbaugr* the beaȝ and eaɲm-beaȝ of the Anglo-Saxons; — their bracelet or arm-ring." *Glory of regality, p.* 84.

But I do not think the difficulty above spoken of, is so great as some would make it: who argue that anciently the stole and the armil were two different things, put on separately: first the stole, then the armil or bracelet. I do not see that there is any reasonable ground to suppose this: but rather, that the armil was always made in the shape of a stole, and answered the purpose of it. It was called armil, because after being put about the neck, it was tied to the arms. Mr. Taylor, above mentioned, appeals to Thomas

Accipe armillas sinceritatis et sapientiæ, divinæque circumdationis indicium, quibus intelligas omnes operationes tuas contra hostes visibiles et invisibiles posse esse munitas: per Dominum.[42]

Walsingham, as "a triumphant authority" to prove that the two were, anciently, different things: but the place he refers to is by no means so clear to that effect: for the historian says, that first the stole was put on, then that the archbishop delivered the armillæ. "Projecta circa collum ejus stola, —— tunc duo comites eum gladio accinxerunt, quo facto, archiepiscopus armillas dedit ei, dicens: Accipe armillas, *etc.*" *Hist. Angl. p.* 196. This may well be understood to signify that these armillæ were first laid upon the shoulders of the king "in modum stolæ:" and when about to be tied to the arms, the archbishop repeated the prescribed form. Nor would there be any obscurity in Walsingham's account, if he had not inserted the account of the sword. The two ends however of the armillæ might during that time have been pendent, and untied. But in short: all this argument rests upon the supposition that Walsingham is correct in every detail: he might have been so: but whether or not, it is *impossible* that he can be so interpreted as to be made to say, that the armillæ and the stole were two different things: for the actual Form and Order of that coronation which he describes is the Liber Regalis, from which I have transcribed in the following note a rubric, which settles the dispute.

This is a long note, yet I would add the following from "the Little Devise of the coronacion of Henrie VII." "And it is to wit that armyll is made in manner of a stole woven with golde and set with stones, to be put by the cardinall about the king's neck, and comyng from bothe shulders to his bothe elbowes, where thei shall be fastenid by the abbot of Westminster, with lace of silke to euerie side the elbowe in two places; that is to say, aboue the elbowes and beneth." *Ives' select papers, p.* 110.

[42] The Liber Regalis, and the margin of the Pontifical, have the following rubric:

"Istæ quidem armillæ, in modum stolæ, circa collum et ab utraque scapula usque ad compages brachiorum erunt dependentes, in ipsis brachiorum compagibus laqueis sericis connexæ, prout plenius per ipsarum poterit discerni compositionem. Deinde pallio regali induetur; quod quidem pallium quadrum est, et aquilis aureis per totum contextum. Et dicat

Deinde tradatur ei pallium,[43] *metropolitano dicente sic:*

Accipe pallium quatuor initiis formatum, per quod intelligas quatuor mundi partes divinæ potestati esse subjectas, nec quemquam posse feliciter regnare in terris, nisi cui potestas regnandi fuerit collata de cœlis: Per Dominum.

Sequatur benedictio coronæ, hoc modo:

Deus, tuorum corona fidelium, qui in capitibus eorum ponis coronam de lapide pretioso, bene ✠ dic et sancti ✠ fica coronam istam, quatenus sicut ipsa diversis pretiosisque lapidibus adornatur, sic famulus tuus gestator ipsius multiplici pretiosarum virtutum munere, tua largiente gratia, repleatur: per Dominum nostrum, Jesum Christum, Filium tuum, Regem æternum. Qui tecum.

---

metropolitanus vel episcopus: 'Accipe pallium,' *etc.*

The order of K. Ethelred does not notice the armillæ or the pallium. See above, note 39.

[43] "*Pallium quadrangulum,* cujusmodi etiam fuit Romanorum paludamentum, regum nostrorum proprium fuit: sic autem describitur a monacho Sangellensi, *lib.* 1. *cap.* 33. *Gloriosissimus Carolus ad nocturnas laudes pendulo et profundissimo pallio utebatur. Cap.* 36. *Ultimus habitus eorum erat pallium canum vel, sapphiricum quadrangulum, duplex, sic formatum, ut cum imponeretur humeris, ante et retro pedes tegeret, de lateribus vero vix genua contegeret.* Quod quidem pallii genus etiamnum retinent principes nostri in suis inaugurationibus." *Ducange: gloss. in verb.*

The open pall, as worn by K. James II. is figured in Sandford's account of that coronation: he calls it also the Dalmatic: by which we may suppose that the "robe royal" of modern days, or Dalmatic, is the ancient pall. But they were properly distinct vestments, and of different shapes. The Dalmatic, was a super-tunic, proper to deacons; and originally restricted to bishops. The first mention of it as an ecclesiastical garment is in the life of S. Cyprian, by his deacon: who, describing his martyrdom, says; "Cum se dalmatica exspoliasset, et diaconibus tradidisset, in linea stetit." I need scarcely remind

Tunc aspergatur aqua benedicta[44] *super coronam, et incensetur; deinde imponatur corona capiti regis a metropolitano, dicente hoc modo:*

Coronet[45] te Deus corona gloriæ, atque justitiæ honore, et opere fortitudinis, ut per officium nostræ bene✠dictionis, cum fide recta et multiplici bonorum operum fructu, ad coronam pervenias regni perpetui, ipso largiente, cujus regnum permanet in sæcula sæculorum.

Alia oratio.

Deus perpetuitatis, dux virtutum, cunctorum hostium victor, bene✠dic hunc famulum tuum .*N*. tibi caput suum inclinantem, et prolixa sanitate et prospera felicitate eum conserva, et ubicumque auxilium tuum invocaverit, cito adsis, et protegas ac defendas. Tribue ei, quæsumus Domine, divitias gratiæ tuæ, comple in bonis desiderium ejus, corona eum in misericordia tua, tibique Domino pia devotione jugiter famuletur: Per Dominum.

Postea cantetur hæc antiphona:

Confortare, et esto vir, et observa mandata Domini Dei tui, ut ambules in viis ejus, et custodias cæremonias ejus, et præcepta ejus, et testimonia, et judicia, et quocunque te verteris confirmet te Deus.

Ps. Dominus regit.

---

the reader, that this "pall" is a very different thing from the pall of an archbishop.

[44] "— minutatim super coronam, atque a metropolitano vel episcopo incensetur: *etc.*" Lib. Regalis. The rubric is the same in the order of K. Edward II.

[45] This and the succeeding prayer are of very high antiquity, in this place: occurring after the rubric "*Hic coronetur rex, eique dicatur:*" (see Note 39,) in the Anglo-Saxon order of K. Ethelred. Between the two prayers in that manuscript is this rubric, "*Oratio super regem, postquam corona fuerit imposita super caput ejus.* Deus perpetuitatis. *etc.*"

Sequitur benedictio annuli.

Deus, cœlestium terrestriumque conditor creaturarum, atque humani generis benignissime reparator, dator spiritualis gratiæ, omniumque benedictionum largitor, qui justitiam tuæ legis in cordibus credentium digito tuo, id est, Unigenito tuo scribis, cui magi in Egypto resistere non valentes concinebant, dicentes, digitus Dei est hic, immitte Spiritum Sanctum Paraclitum tuum de cœlis super hunc annulum arte fabrili decoratum, et sublimitatis tuæ potentia ita eum emundare digneris, ut omni nequitia lividi venenosique serpentis procul expulsa, metallum a te bono Conditore creatum immune a cunctis sordibus inimici maneat: Per Christum.

Benedictio.

Bene✠dic, Domine, et sancti✠fica annulum istum, et mitte super eum septiformem Spiritum tuum, quo famulus tuus eo fruens, annulo fidei subarratus, virtute Altissimi sine peccato custodiatur, et omnes benedictiones quæ in scripturis divinis reperiuntur super eum copiose descendant, ut quæcumque sanctificaverit sanctificata permaneant, et quæcumque benedixerit spirituali benedictione benedicantur: Per Dominum: in unitate ejusdem.

Deinde detur ei annulus, metropolitano dicente:

Accipe regiæ dignitatis annulum, et per hunc in te catholicæ fidei signaculum, quatenus ut hodie ornaris caput et princeps regni ac populi, ita perseveres auctor ac stabilitor Christianitatis et Christianæ fidei; ut felix in opere, locuples in fide, cum Rege regum glorieris, cui est honor et gloria per æterna sæculorum sæcula. Amen.

Deus, cujus est omnis potestas et dignitas, da famulo tuo suæ propriæ dignitatis effectum, in qua, te remune-

rante, permaneat, semperque te timeat, tibique jugiter placere contendat. Per Dominum.

Deinde accipiat ensem unde accinctus fuerat, et eum super altare Deo offerat, quem comes aliis superior redimet, et redemptum ante eum deferet nudum.[46] *Cum detur ei sceptrum*[47] *dicat metropolitanus:*

Accipe sceptrum regiæ potestatis insigne, virgam scilicet regni rectam, virgam virtutis, qua teipsum bene regas, sanctam ecclesiam populumque videlicet Christianum, tibi a Deo commissum, regia virtute ab improbis defendas, pravos corrigas, rectos pacifices, et ut viam rectam tenere possint tuo juvamine dirigas, quatenus de temporali regno ad æternum regnum pervenias, ipso adjuvante cujus regnum permanet in sæcula sæculorum. Amen.

Post[48] *datum sceptrum, oratio.*

---

[46] The Liber Regalis and the margin of the Pontifical add: "Cujus ensis pretium dicto altari pertinet. Deinde dabitur ei sceptrum in manu dextra, quod quidem sceptrum aureum est, in cujus summitate crux parva collocatur, prius chirothecis de regalibus manibus ejus applicatis, a metropolitano vel episcopo dicente: 'Accipe sceptrum' *etc.*"

In the order of K. Ethelred, the rubric immediately succeeding the prayer (see Note 45.) "Deus perpetuitatis" is, "*Hic detur regi sceptrum, eique dicatur:* 'Accipe sceptrum' *etc.*" The reader will observe that all this part of the Office can be traced in the same order, up to the Anglo-Saxon age.

[47] There cannot be a better distinction laid down between the two sceptres, the "sceptrum" and the "virga," than that in the rubric from the Liber Regalis in the note above, compared with the succeeding one from the same book, in note 49. Namely, that the one was surmounted by a cross, the other by a dove. And Hoveden, in his account of the coronation of Richard I., gives the same explanation. We learn from the Ethelred order, that there was a distinction in the Saxon age, between the two sceptres: and I do not see any reason to suppose, but that it was of the same kind then, as in after years.

[48] "*Oratio super regem, postquam datum fuerit ei sceptrum:*

Omnium Domine fons bonorum, cunctorumque Deus institutor perfectuum, tribue, quæsumus, famulo tuo *N.* adeptam bene regere dignitatem, et a te sibi præstitum honorem dignare corroborare: honorifica eum præ cunctis regibus, uberi eum benedictione ✠ locupleta, et in solio regni firma stabilitate consolida, visita eum in sobole, præsta ei prolixitatem vitæ, in diebus ejus semper oriatur justitia, ut cum jocundidate et lætitia æterno glorietur in regno. Per Christum.

Postmodum tradatur ei virga in sinistra manu:[49] *dicente metropolitano:*

Accipe virgam virtutis atque æquitatis, qua intelligas te mulcere pios, et terrere reprobos: errantes viam doce, lapsisque manum porrige, disperdasque superbos, et releves humiles, ut aperiat tibi ostium Jesus Christus Dominus noster, qui de seipso ait, Ego sum ostium, per me si quis introierit salvabitur. Et ipse qui est clavis David, et sceptrum domus Israel, qui aperit et nemo claudit, claudit et nemo aperit, sit tibi adjutor, qui educit vinctum de domo carceris sedentem in tenebris et umbra mortis, ut in omnibus sequi merearis eum de quo propheta David cecinit, Sedes tua, Deus, in sæculum sæculi, virga recta est virga regni tui: et imitare eum qui dicit, Diligas justitiam et odio habeas iniquitatem, propterea unxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ: ad exemplum illius quem ante sæcula unxerat præ participibus suis, Dominum nostrum, Jesum Christum. Qui cum Patre.

Omnium, Domine, fons bonorum. *etc.*" K. Ethelred.

[49] "Quæ quidem virga aurea est, habens in summitate columbam auream." Rubr. Lib. Reg. and the margin of Sar. Pontif. The rubric in the order of K. Ethelred, preceding the "Accipe Virgam," is: "*Hic regi virga detur, eique dicatur.*"

Tunc dicatur[50] *super eum benedictio sequens:*

Benedicat tibi Dominus, custodiatque te, et sicut te voluit super populum suum esse regem, ita in præsenti sæculo felicem, et æternæ felicitatis tribuat esse consortem. Amen.

---

[50] This benediction is appointed in the order of K. Henry I., and in the very ancient Cotton MS. Tiberius. B. viij: also of the xjth century. But in the Anglo-Saxon Form of K. Ethelred we have the following:

" *Benedictio ad regem.*

" Extendat omnipotens Dominus dexteram suæ benedictionis, et effundat super te donum suæ protectionis, et circumdet te muro felicitatis, ac custodia suæ protectionis: Sanctæ Mariæ, ac beati Petri Apostolorum principis, sanctique Gregorii Anglorum apostoli atque omnium sanctorum intercedentibus meritis. Amen.

" Indulgeat tibi Dominus omnia mala quæ gessisti, et tribuat tibi gratiam et misericordiam quam humiliter ab eo deposcis, ut liberet te ab adversitatibus cunctis, et ab omnibus visibilium et invisibilium inimicorum insidiis. Amen.

" Angelos suos bonos semper et ubique qui te præcedant, comitentur et subsequantur, ad custodiam tui ponat, et a peccato seu gladio, et ab omnium periculorum discrimine sua te potentia liberet. Amen.

Inimicos tuos ad pacis caritatisque benignitatem convertat, et bonis omnibus te gratiosum et amabilem faciat, pertinaces quoque in tui insectatione et odio confusione salutari induat: super te autem sanctificatio sempiterna floreat.

" Victoriosum te atque triumphatorem de invisibilibus atque visibilibus hostibus semper efficiat, et sancti nominis sui timorem pariter et amorem continuum cordi tuo infundat, et in fide recta ac bonis operibus perseverabilem reddat, et pace in diebus tuis concessa, cum palma victoriæ te ad perpetuum regnum producat. Amen.

" Et qui te voluit super populum suum constituere regem, et in præsenti sæculo felicem, et æternæ felicitatis tribuat esse consortem.

Alia.

" Benedic, Domine, hunc præelectum principem, qui regna omnium qui regna omnium regum a sæculo moderaris. Amen.

" Et tali eum benedictione glorifica, ut Davidica teneat sublimitate sceptrum salutis: et sanctificæ propitiationis munere reperiatur locupletatus. Amen.

" Da ei tuo spiramine regere populum sicut Salomonem fecisti regnum obtinere pacificum. Amen.

" *Designatio status regis.*

" Sta et retine. *etc.*"

Clerum ac populum, quem sua voluit opitulatione tua sanctione congregari, sua dispensatione et tua administratione per diuturna tempora faciat feliciter gubernari. Amen.

Quatenus divinis monitis parentes, adversantibus omnibus carentes, bonis omnibus exuberantes, tuo imperio fideli amore obsequentes, et in præsenti sæculo pacis tranquillitate fruantur, et tecum æternorum civium consortio potiri mereantur. Amen.

Quod ipse præstare dignetur.[51]

Coronatus autem osculetur episcopos, a quibus vero et etiam aliis regni proceribus ducetur ad regale solium, choro canente:

Te Deum laudamus.

Quo hymno ad finem producto, dicat metropolitanus:[52]

Sta et retine amodo locum, quem hucusque paterna

---

[51] In the Liber Regalis, and in the margin of the Pontifical, the rubric is:

"Et prævideatur a sacrista Westm. quod ornamenta regalia cum magna corona prius sint super magnum altare honorifice collocata: ut omnia fiant sine impedimento, propter maximam plebis confluentiam, quæ in hujusmodi coronationibus indubitanter solet evenire. Coronatus autem rex, et regalibus prius indutus per abbatem Westm. caligis, sandaliis, et calcaribus coaptatis, osculabitur episcopos, a quibus, *etc.*"

There is sufficient evidence in history, that the caution in this rubric, as to the throng of people, was not uncalled for: thus, Walsingham tells us, in his account of the coronation of Edw. II., "Fuit autem ibi tanta compressio populi, ut quidam miles Johannes de Blackwel, sine viatico expiraret." *Hist. Angl. p.* 96. And again, incidentally, as to this coronation itself of K. Richard II., "Adveniente die præfixo, conveniunt de cunctis regni partibus, in tanta quidem copia, ut numerus Londoniæ confluentium multitudinem eorum, qui ad regis coronationem paucis annis ante confluxerant excessive (multorum testimonio) superaret." *p.* 237. See also *Holinshed, Vol.* 3, *p.* 319.

[52] " ——— *dicat consecrans regem.*" Rubr. Lib. Regalis.

successione tenuisti hæreditario judicio, tibi delegatum per auctoritatem Dei omnipotentis, et præsentem traditionem nostram et omnium episcoporum cæterorumque Dei servorum: et quanto clerum sacris altaribus propinquiorem perspicis, tanto ei potiorem in locis congruis honorem impendere memineris; quatenus mediator Dei et hominum,[53] te mediatorem cleri et plebis in hoc regni solio confirmet, et in regnum æternum regnare faciat, Jesus Christus, Dominus Noster, Rex regum, et Dominus dominantium: Qui cum Patre et Spiritu Sancto, vivit et regnat in sæcula sæculorum. Amen.[54]

---

[53] Catalani has some observations, strange enough, as if the attributing the Mediatorial office to our Blessed Saviour required explanation. Rather, whenever the term "mediators" is applied to the clergy of the Church of Christ, it requires an explanation; and that we should remember the just and proper sense, in which it was used by the older Fathers: not as suggesting any interference with the incommunicable prerogative of our Blessed Lord, by which He is the alone and sole Mediator between God and man, but as referring simply to an infinitely lower degree of mediatorship, which is ministerial only, and nothing more. It is in this sense that the authors of the Apostolical Constitutions wrote, when they thus addressed the Bishops of that primitive age:—"*υμεις τοις εν υμιν λαικοις ἐστε προφηται—οἱ μεσιται Θεου και των πιστων αὐτου.*" *Lib.* 2. *Cap.* xxv. And the very learned editor, Cotelerius, refers to many similar passages in the Fathers, summing up the whole with this remark: "Solus Christus, aiunt theologi, mediator est naturæ ac redemptionis; sacerdotes autem mediatores sunt ministerii et intercessionis." So also S. Basil interpreted the text of S. Paul to the Galatians, not explaining away the real mediatorship (in its limited sense) of Moses, where he writes; "*Τον γαρ μεσιτην Θεου και ανθρωπων δι' ἑαυτου τοτε προαπετυπου ἐν τῃ του νομου διακονιᾳ. Οὐ γαρ του Πνευματος τυπος ἠν Μωυσης, τα προς τον Θεον τῳ λαῳ μεσιτευων.*" *De Spiritu Sancto.* Cap. xiv. 33.

[54] The reader will remember, see Note 39, that with this "designatio status," as it is termed in

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus det tibi, de rore cœli et de pinguedine terræ, abundantiam frumenti et vini et olei, et serviant tibi populi, et adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum, et incurventur ante te filii matris tuæ. Qui benedixerit tibi benedictionibus repleatur, et Deus erit adjutor tuus. Omnipotens Deus benedicat tibi benedictionibus cœli desuper, et in montibus et in collibus, benedictionibus abyssi jacentis deorsum, benedictionibus uberum et frumentorum, benedictionibus uvarum pomorumque ; benedictiones patrum antiquorum, Abraham, Isaac, et Jacob, confirmatæ sint super te, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Bene✠dic, Domine, fortitudinem hujus principis, et

K. Ethelred's order, the earlier Forms conclude. And in fact the two succeeding prayers would seem to belong properly to the mass which follows, and where they are ordered in the Pontifical to be said, as the student will observe. Hence they are not placed here in the order of Edward II., nor in the Liber Regalis, nor in the MS. in the King's Library. (Brit. Mus.) 12. D. iij. In the Evesham pontifical, however, (Lansdown MS. 451) we find them placed as in the text. But what is very remarkable, they are appointed to be said here, in the very ancient Anglo-Saxon order of K. Ethelred, with which that Form concludes. Thus:

" Sta et retine, *etc.*

" *Sequitur oratio.* Omnipotens Deus det tibi, *etc.*

" *Alia oratio.* Benedic, Domine, fortitudinem, *etc.*

Finit consecratio regis." Then follows the Order for a Queen: and the proper mass. In my remark above, that these two prayers would *seem* to belong more properly to the mass, I am borne out by a marginal note in the Pontifical, in a somewhat later hand: viz.: " Istæ duæ orationes sequentes debent dici super regem infra missam, postquam oblationem fecerit." But the reader will not fail to perceive that the text, below, of the Pontifical itself leaves it doubtful: merely saying, " vel dicantur loco quo intitulantur, secundum quosdam."

opera manuum illius suscipe; et benedictione tua terra ejus de bonis repleatur, de fructu cœli et rore, atque abyssi subjacentis, de fructu solis et lunæ, de vertice antiquorum montium, de pomis æternorum collium, et de frugibus terræ et plenitudine ejus. Bene✠dictio illius qui apparuit in rubo veniat super caput istius, et plena sit benedictio Domini in filiis ejus, et tingat in oleo pedem suum. Cornua rhinocerontis cornua illius, in ipsis ventilabit gentes usque ad terminos terræ, et Ascensor cœli auxiliator suus in sempiternum fiat. Per Dominum: qui tecum vivit.

Rege itaque in solio suo taliter collocato, pares regni dictum regem undique circumstantes, manibus palam extensis in signum fidelitatis, offerent se ad dicti regis et dictæ coronæ sustentationem.[55]

Deinde sequatur coronatio reginæ, si eodem die fuerit coronanda.

Sin autem, incipiatur officium missæ[56] *a cantoribus de*

---

[55] The Liber Regalis and the margin of the Pontifical add:

"Et illi præcipue qui stirpe regali sunt propinquiores in sustentationem coronæ, sceptræ, et virgæ, regios labores alleviabunt: facto prius dicto regi, ab omnibus proceribus regni tunc præsentibus, publice super dictum pulpitum homagio."

[56] There is scarcely an instance upon record, from the time that the coronation of our sovereigns became an office especially to be fulfilled by the Church, that the celebration of the Holy Communion did not also form part of it. Either before, or after, or mixed up with the rites and ceremonies of the solemnity itself. Nor has it been otherwise with other Christian nations. Thus *Baronius* (*ad annum* 816) speaks of the coronation of Louis the Pious and his queen. "Postea pontifex honoravit eum magnis honoribus, et multis, et reginam Irmingardam, et omnes optimates, et ministros ejus: et in proxima dominica, ante missarum solemnia, coram clero, et omni populo, consecravit eum, et unxit ad imperatorem, *etc.*" Again, the same historian, describing a coronation by Pope

solemnitate diei, si contigerit dictam fieri coronationem in festo solemni. Si vero evenerit quod dicta coronatio fiat in simplici die, dicatur, missa prius de dominica a conventu debito modo celebrata, missa specialis pro rege: videlicet, Officium:

Protector noster aspice Deus, et respice in faciem Christi tui: quia melior est dies una in atriis tuis super millia.

Ps. Quam dilecta tabernacula tua, Domine virtutum: concupiscit et deficit anima mea in atria Domini.

Et quocumque tempore anni dicta coronatio fuit facta, dicetur ad missam:

Gloria in excelsis Deo.

Oratio.

Quæsumus[57] omnipotens Deus, ut famulus tuus rex noster, qui tua miseratione suscepit regni gubernacula, virtutum etiam omnium percipiat incrementa, quibus decenter ornatus, et vitiorum[58] voraginem devitare, et hostes superare, et ad te, qui via veritas et vita es, gratiosus valeat pervenire: Per Dominum.

Et si regina fuerit eodem die coronata, dicetur ad missam pro rege quam pro regina, ista oratio.

Stephen II. in the preceding century, says: "Inter celebrationem consecrationis altaris, et oblationem sacratissimi sacrificii, unxit in reges Francorum florentissimum regem [Pipinum] et duos filios ejus, Carolum et Carlomannum." *Ad annum* 714. The reader will also see, by reference to the Appendix to this office, No. 2, that in the viijth century, according to the pontifical of archbishop Egbert, it was the custom to mix up the solemnities of the coronation with the Eucharistic Service.

[57] The "Missa pro rege ordinato," in K. Ethelred's Office, commences with this collect, the same, except the variation noticed just below. This mass gives a proper collect, secret, preface, and benediction: there was a post-communion also, or "*ad complendum*," but the MS. ends, imperfect, with those words.

[58] "Et vitiorum monstra devitare, et ad te, qui via. *etc.*" Order of K. Ethelred.

Deus, in cujus manu corda sunt regum, qui es humilium consolator, et fidelium fortitudo, et protector omnium in te sperantium, da regi nostro .*N.* et reginæ nostræ .*N.* populoque Christiano, triumphum virtutis tuæ scienter excolere, ut per te semper reparentur ad veniam. Per Dominum.

Lectio epistolæ beati Petri Apostoli.

Carissimi; subjecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive regi quasi præcellenti, sive ducibus tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Quia sic est voluntas Dei, ut benefacientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam. Non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut servi Dei. Omnes honorate, fraternitatem diligite. Deum timete, regem honorificate. Servi subditi estote in omni timore dominis. Non tantum bonis et modestis; sed etiam discolis. Hæc est enim gratia in Christo, Jesu, Domino nostro.

Gr. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, Domine.

Vers. Elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum. Alleluia.

Vers. Domine, in virtute tua lætabitur rex : et super salutare tuum exultabit vehementer.

Si dicta coronatio fiat infra Septuagesimam, dicatur sequens Tractus :

Desiderium animi ejus tribuisti ei, et voluntate labiorum ejus non fraudasti eum.

Vers. Quoniam prævenisti eum in benedictione dulcedinis.

Vers. Posuisti super caput ejus coronam de lapide pretioso.

Secundum Matthæum.

In illo tempore : Abeuntes Pharisæi consilium ini-

erunt, ut caperent Jesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes; Magister, scimus quia verax es, et viam Dei in veritate doces, et non est tibi cura de aliquo. Non enim respicis personam hominum. Dic ergo nobis quid tibi videtur: Si licet censum dari Cæsari an non? Cognita autem Jesus nequitia eorum ait; Quid me tentatis, hypocritæ? Ostendite mihi numisma census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Jesus, Cujus est imago hæc et superscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, et quæ sunt Dei Deo.

Lecto evangelio, dum symbolum a choro cantatur, major inter archiepiscopos sive episcopos tunc assistens librum evangelii accipiet, et tam ad regem quam ad reginam deportabit ad osculandum. Deinde referet ad archiepiscopum sive episcopum qui missam celebrat. Quo vero evangelistario a dicto pontifice deosculato, symboloque a choro decantato, incipiatur Offertorium.

Intende voci orationis meæ, rex meus et Deus meus, quoniam ad te orabo, Domine.

Dum canitur offertorium,[59] *procedent rex et regina de soliis suis coronati ad altare, dictique metropolitani manibus vel missam celebrantis oblationem panis et vini, imitando Melchisedech,* [*rex?*] *imponet. Deinde offeret marcam auri, et postea regina offeret oblationem suam, et capite regis ante altare paululum inclinato, dicat pontifex qui celebrat missam orationes sequentes.*

Dominus vobiscum.

Omnipotens Deus det tibi de rore cœli.

Benedic, Domine, fortitudinem hujus principis.

---

[59] "Oblatio panis, et vini, et unius marcæ." Marginal note in the Pontifical.

Ut supra,[60] *vel dicantur loco quo intitulantur, secundum quosdam.*

His orationibus finitis, reducantur ad sedes suas.

Sequatur Secretum.

Munera, quæsumus Domine, oblata sanctifica, ut et nobis Unigeniti tui corpus et sanguis fiant, et famulo tuo regi nostro ad obtinendam animæ corporisque salutem, et ad peragendum injunctum officium, te largiente, usquequaque perficiant. Per eundem.

Aliud secretum pro rege et regina.[61]

Suscipe, Deus, preces et hostias ecclesiæ tuæ, pro salute famuli tui regis nostri .*N.* et reginæ nostræ *N.* et protectione fidelium populorum, supplicantis ut antiqua brachii tui te operante miracula, superatis inimicis, secura tibi serviat Christianorum libertas. Per Dominum nostrum, Jesum Christum, Filium tuum.

Præfatio[62] *in coronatione regis.*

Æterne Deus, qui es fons immarcessibilis lucis, et origo perpetuæ bonitatis, regum consecrator, bonorum omnium attributor, dignitatumque largitor. Cujus ineffabilem clementiam votis omnibus exoramus, ut famulum tuum .*N.* quem regalis dignitatis fastigio voluisti sublimari, sapientiæ cæterarumque virtutum ornamentis facias decorari. Et quia tui est muneris quod regnat, tuæ sit pietatis quo id feliciter agat, qua-

---

[60] See above, p. 38, and the note there. It may be added here, that the mass in the text agrees, generally, with that appointed in the order of K. Edward II.

[61] This does not occur in the Royal MS. D. 12. iij., nor in the order of Edward II., nor in the Evesham pontifical. The Liber Regalis reads: "Suscipe, Domine, preces," *etc.*

[62] The order of K. Ethelred appoints this Preface; and it is somewhat remarkable that the Evesham pontifical, unless I am mistaken in my note of it, has no proper Preface.

tenus in fundamento spei fidei caritatisque fundatus, peccatorum labe abstersus, de visibilibus et invisibilibus hostibus triumphator effectus, subjecti populi augmento, prosperitate et securitate exhilaratus, cum eis mutua dilectione connexus, et transitorii regni gubernacula inculpabiliter teneat, et ad æterni infinita gaudia, te miserante, perveniat. Per Christum Dominum nostrum.

Sequatur ante Agnus Dei, *Benedictio*[63] *super regem et populum.*

Omnipotens Deus carismatum suorum vos locupletet jocunditate, et regem nostrum ecclesiasticæ pacis perfrui faciat tranquillitate. Amen.

Angelum sanctum suum ubique ei custodem tribuat et defensorem, tamque vobis quam et illi virtutum sanctarum conferat vigorem. Amen.

Ambitum regni sui in diebus ejus pax circumdet honesta, et quocumque se vertet, adversariorum vis enervetur infesta, omnisque in vobis religio abundet modesta. Amen. Quod ipse præstare.

Dum canitur Agnus Dei, *accepto osculo pacis a pontifice missam celebrante, is qui librum evangelii ante detulerat, deferet pacem regi et reginæ in soliis suis re-*

---

[63] The following is appointed in K. Ethelred's Form.

"*Benedictio.* Providentia et gubernatio Dei omnipotentis, quæ te in regale dignitatis solium hodierna die mirifice disposuit ordinare, dignetur te benedicere, sublimare, et triumphabiliter confirmare.

"Faciat te prudentem consilio, audacem ingenio, præclarum imperio, ut culmina regni sagaciter prævideas, et hostium machinamenta fortiter repugnes. Amen.

"Quatenus lorica fidei munitus, ense trophæi stipatus, galea quoque salutis redimitus, securus vitæ tempora subtiliter et perspicaciter possideas, ut cum Christo, Rege regum et Domino dominorum, in æternæ felicitatis regno feliciter regnare valeas. Amen."

sidentibus. Osculo autem pacis a rege et regina accepto, descendentes rex et regina de soliis suis, et accedentes humiliter ad altare, percipient corpus et sanguinem Domini de manu archiepiscopi, vel episcopi missam celebrantis.[64] *Perceptis tam a rege quam a regina corpore et sanguine Christi, ad dicta solia redibunt immediate. Quibus in sedibus suis residentibus, incipiatur a cantoribus Communio.*

Intellige clamorem meum, intende voci orationis meæ, Rex meus et Deus meus, quoniam ad te orabo, Domine.

Postcommunio.

Hæc nos, Domine, communio purget a crimine, et famulum tuum .*N.* regem nostrum ab omnibus tueatur adversis, quatenus et ecclesiasticæ pacis obtineat tranquillitatem, et post istius temporis decursum ad æternam perveniat hæreditatem. Per Dominum.[65]

Alia postcommunio pro rege et regina.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut per hæc mysteria quæ sumpsimus, rex noster et regina nostra *N.* et populus Christianus semper rationabilia meditantes, quæ tibi sunt placita et dictis exequantur et factis. Per.

---

[64] "Corpore vero Domini a rege recepto, ministrabit ei vinum ad utendum post perceptionem sacramenti abbas Westm. vel is qui vicem ejus pro tempore gerit, prout dictum est, de calice lapideo de regalibus; ac etiam reginæ post regem de eodem calice prædictus abbas ministrabit, in signum videlicet unitatis. Quia sicut in Christo sunt una caro fœdere conjugali, sic etiam de uno calice participare debent. Perceptis tam, *etc.*" Liber Regalis, and the margin of the Pontifical.

[65] The order for K. Edwd. II. ends here: with the rubric: "Finit consecratio regis." Nor is this second post-communion in the Royal MS. 12. D. iij., or, in the Evesham pontifical.

Expleta missa, descendent rex et regina de soliis suis, et procedent ad magnum altare, pontificibus et magnatibus ipsos comitantibus. Qui mox ad altare cum pervenerint, dictus pontifex qui missam celebravit, et eisdem vestimentis quibus fuerat prius pontificaliter indutus, altaris ministris, ut prius indutis, cum ceroferariis et thuriferariis reverenter ipsum præcedentibus, usque ad feretrum sancti Edwardi est devote incessurus, rege et regina suis indutis regalibus, cum dictis pontificibus et proceribus, dictum episcopum subsequentibus. Quo cum pervenerint ante altare dicti feretri, dictus pontifex deponat coronas de capitibus eorum, ponetque eas super altare præfatum: et cætera.[66]

---

[66] The following long note is introduced into the text of the rubric of the Liber Regalis, and concludes in that MS. the Office of the Coronation of a King. Being too long to be written, as usual, on the margin of the Sarum Pontifical, an extra folio has been inserted, upon which it is written, not in red, but in black: with marginal notes, which are introduced also below.

"Deinde magnus camerarius[a] Angliæ exuet regem regalibus antedictis, quæ per dictum camerarium singillatim, sicut a rege auferuntur, tradentur abbati Westmonasteriensi, vel vicem ejus agenti, ut sæpius præscriptum est, super dictum altare reponenda. Eritque ibi locus[b] clausus, juxta altare, cum curtinis, per regios ministros præparatus, in quo rex de suis ut prædictum est exutus regalibus, usque ad tunicam sericam et camisiam, ac caligas regales et sandaria, a dicto magno camerario[c] aliis vestibus de novo erit reindutus. Regina interim coram dicto altare regem expectante, deponet etiam rex dictas caligas et sandaria, quæ a dicto camerario prædicto abbati Westmonasteriensi vel locum ejus tenenti integre restituantur, et aliis caligis et sandariis induetur a camerario præfato.

"Rex[d] igitur ut prædictum est

---

[a] Camerarius magnus Angliæ exuit regem.

[b] Locus clausus, juxta altare.

[c] Camerarius reinduit regem.

[d] Processus regis ad altare feretri.

aliis vestibus honorifice reindutus, procedet humiliter ad altare feretri antedicti. Quo cum advenerit, dictus archiepiscopus, sive episcopus, revestitus eodem modo quo fuerat quando missam celebravit, alias coronas[e] capitibus regis et reginæ reverenter imponet. Qui sic a dicto pontifice coronati, et sceptra[f] tantum de regalibus in manibus portantes, a dicto feretro per magnum altare, et dictum pulpitum ascendentes, per medium chori eadem via qua venerant in ecclesiam, prænominatis comitibus[g] prædictos gladios coram rege deferentibus, cum magna gloria sunt reversuri.

"Et sciendum quod exterius indumentum, quo dictus rex illo die ante coronationem fuerat indutus, pertinet ad monachum qui habet pro tunc custodiam vestibuli dicti monasterii.

Et providebitur illo die conventui Westmonasteriensi per regios ministros, quod dictus conventus percipiet[h] die eodem centum similas, et modium vini, ac etiam de piscibus, quantum convenit dignationi regali. Quid vero sit modius vini, et quæ mensura, ex verbis Papiæ in suo elementario in .M. litera hac dictione modius, et in .S. litera hac dictione sextarium manifeste declaratur.

"Dicta vero sceptra[k] liberabuntur, statim finito prandio et rege thalamum ingresso, abbati Westmonasteriensi sive alio monacho ad hoc assignato, per manus dictorum regis et reginæ, ut una cum aliis regalibus in dicto monasterio, prout per bullas papales, et regum chartas, ac antiqua et semper observata consuetudine, plenius habetur; quod sit locus regiæ institutionis et coronationis, ac etiam repositorium regalium insignium in perpetuum, sub hac enim ratione in rescriptis papalium privilegiorum et regalium cartarum, ecclesia præfata, scilicet ecclesia beati Petri Westmonasterii, diadema regni nominatur, caput pariter et corona, tanquam ea quæ sola inter ceteras Angliæ ecclesias speciali prærogativa præfulget.

[l] Servit ea die senescallia comes Leccystriæ, licet comes Norfolchiæ illud sibi vendicaverit obsequium. De mappario serviet .*N.* de Hastyng, qui extractas post prandium mappas tanquam suas recipiet. Salarium et cultellos apponet .*N.* de Bello Campo de Dumely, cujus est officium panetariæ. De officio pincernariæ serviet comes de Arundell."

In the above the word "pincerna" or "pincernarius" is thus

---

[e] Impositio alterius coronæ capite regis.

[f] Sceptrum.

[g] Comites ut prius.

[h] Conventus habet illo die de rege, etc.

[k] Deliberatio sceptrorum.

[l] Domini servientes in die.

explained by Ducange. "Qui vinum convivis miscet. Catholicon parvum, *Pincerna*, *Bouteiller*. Joan de Janua. *Pincerna dicitur vini dispensator, vel potius propinator, qui porrigit ex officio poculum domino suo.*"

The word "simila" also occurs, which is thus explained by Ducange. "Simila, ut *simenellus*, panis ex simila, vel etiam placentulæ species, quæ alibi *foliata* dicitur." "Panis similaceus, ex *Simila*, Græcis σεμιδαλίτης, cui secundum inter panes bonitatis locum assignat Galenus *lib.* 1. de aliment. Anglis *simnelbread*. Inde regiis mensis ministrari olim solitus. Liber de situ ecclesiæ Belli in Anglia. *Constituens in primo monachis ejusdem ecclesiæ ad cotidianos usus panem regiæ mensæ aptum, qui Simenel vulgo vocatur.* Bromptonus ann. 1044. "Eo die præcentor loci recipiat de fisco regio dimidiam marcam, et conventus centum simenellos, et unum modium vini." *Glossarium in verb.*

Spelman in his glossary says that the simnels were made of the best, and not of any inferior wheat: "Panis purior, sic dictus, quod a simila, hoc est, puriori farinæ parte efficitur." This certainly would have been a reason why the simnels should be especially given to the monks of Westminster, on the festival of a coronation. At any rate it is to be hoped that, whatever they were made of, they were more tempting to look at, (of the taste I cannot speak) than simnels of the present day, which are really offensive in their appearance;* and cannot but be, as another old writer, Constantinus Africanus, has described them, "very indigestible," although possibly "very nutritious." We must commiserate the daily fare of the convent of Westminster, when simnels, such as these, were an extraordinary treat.

---

* The town of Devizes, in Wiltshire, has long been famous for these "simnels:" and at present, I am told, they are made of flour, yeast, saffron, currants, and spice. They are first boiled, and afterwards baked.

Officium Coronationis Reginae.

Officium Coronationis Reginae.

D*IE quo regina*[67] *sola coronanda est, conveniant in palatio regali apud Westmonasterium prælati et nobiles regni, et ordinetur processio per archiepiscopos, episcopos, et prælatos, abbatem et conventum Westm. in capis sericis, et aliis, quia processus requirunt honorificentiam: et sic induti*

---

[67] The Pontificals differ in the first rubric of this office: the earlier books are very short in their directions; and some refer to an "Ordo Romanus," not now followed by the pontifical of the Church of Rome, for the benediction "ad introitum," or, "ad ostium ecclesiæ." Thus the imperfect Salisbury pontifical in the Bodleian, the Cotton MS. Tiberius E. viij, and B. viij, (of the xijth century), commence:[a] "*Benedictio reginæ dicenda in ingressu ecclesiæ secundum ordinem Romanum:* Omnipotens sempiterne Deus, fons, *etc.*" It may be as well to give here, in brief, the full order as it continues in those MSS.

"*Post hanc sequitur benedictio dicenda ante altare*: Deus, qui solus habes." (Here the Bodleian MS. is imperfect.) "*Item post hanc in sacri olei unctione sequitur hæc oratio:* Spiritus Sancti gratia humilitatis. *Hic unguatur oleo sancto:* In nomine Patris et Filii. *Hic detur annulus.* Accipe annulum. *Sequitur oratio.* Deus cujus est. *Benedictio coronæ.* Deus tuorum corona. *Item in eodem ordine, ad coronæ impositionem. Postquam benedicta fuerit, coronabitur.* Accipe coronam. "The MS. Tib. B. viij. alone adds: "*Alia.* Officio indignitatis nostræ. *Oratio.* Omnium Domine fons bonorum."

---

[a] To these may be added, the Evesham Pontifical, before cited: which has the same rubric: but the authority of that MS. (an *abbatial* pontifical, it must be remembered) is very much lessened by its constant mixture of, and reference to, in many offices, other Uses: not only the Roman, but the Gallican.

reginæ coronandæ processionaliter occurrant in palatio antedicto.

In the Order of K. Edwd. II. we find this benediction, but, as in the text, no reference is made to the "Ordo Romanus." It seems now to have become a settled part of the English Office, and not requiring any longer an external authority. "*Ad benedictionem sive consecrationem reginæ, dicetur ab episcopo ad ingressum ecclesiæ oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, fons *etc.*" This Order generally corresponds, except in the shortness of its rubrics, with the text: and I shall mark the chief variations as we proceed.

In the Order of K. Henry I., with which, generally, agrees the Winchester pontifical, this benediction is omitted altogether: whence we may conclude that it was introduced very shortly after his time: the earliest MS. in which I have seen it, being that cited above, Tiberius B. viij. It will be well, in this case as before, to give at once the whole arrangement at this date. A.D. 1100.

"*Benedictio reginæ quæ ab episcopo in ecclesia, coram optimatibus, ante altare facienda est. Oratio.* Deus qui solus habes. *Hic effundatur oleum sanctum super verticem ejus in modum crucis, dicente episcopo:* In nomine Patris. *etc. Sequatur oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, affluentem. *Hic detur annulus, dicente episcopo:* Accipe annulum. *Sequatur oratio.* Deus cujus est omnis. *Benedictio coronæ regiæ.* Deus tuorum corona. *Hic coronetur.* Accipe coronam. *Sequatur oratio.* Omnium, Domine, fons bonorum."

Lastly, we have the very valuable and important order of K. Ethelred, which has a rubric at the beginning of somewhat greater length, and of no little interest.

"*Finit consecratio regis.*" *See above, Note* 54. "*Quam sequitur consecratio reginæ, quæ propter honorificentiam ab episcopo sacri unguinis oleo super verticem perfundenda est, et in ecclesia coram optimatibus cum condigno honore et regia celsitudine, in regalis thori consortium, benedicenda et consecranda est; quæ etiam annulo pro integritate fidei, et corona pro æternitatis gloria decoranda est.*

Incipit consecratio reginæ: ab episcopo dicenda est: In nomine Patris *etc. Oratio.* Omnipotens sempiterne Deus, affluentem. *Hic detur ei annulus.* Accipe annulum. *Alia.* Deus cujus est. *Hic coronetur.* Accipe coronam. *Alia.* Omnium, Domine, fons bonorum."

Quæ quidem regina induta erit tunica, et cyclade[68] *cum fimbria longa et defluenti; quæ quidem tunica et cyclas unius erunt coloris, videlicet purpurei, et unius texturæ, sine opere aliquo alio artificiali desuper intexto: capite nudato, laxatos circa humeros decenter habens crines, gestabit circulum aureum gemmis ornatum, ut honestius crines capiti ejus constringantur.*

Hanc sic ornatam præcedet rex regalibus suis indutus, si præsens esse placuerit, tunc subsequentur duo magnates, quorum primus præcedens portabit sceptrum reginæ. Alius vero reginæ portabit coronam, quos subsequetur regina, quam reverenter hinc inde sustentabunt duo episcopi ad hoc per regem assignati: et ibi erunt barones quinque portuum,[69] *qui pannum sericum quadratum ac purpureum, qui alias umbraculum nomi-*

---

[68] " *Cyclas.* Vestis undique clausa per extremum ambitum, sinuosa, et dum terram verrebat, circulum quempiam efficiens, unde nomen a Græco κύκλος inditum videtur.——Cyclas proprie feminarum fuit. Britannicus ad Sat. 6. Juven. *Cyclas vestis est muliebris tenuissima et rotunda.* Hanc pronubis tribuit Sidonius. *l.* 1. *epist.* 4. Regino an. 753. *Sed et Bertradam conjugem ipsius regis, indutam cycladibus regiis.* Et Monachus Pegaviensis, an. 1096. *Juditha comitissa, filia Wratislai Boiemici regis, coronata, et auro textis induviis regaliter adornata, processit, et coronam auro gemmisque insignitam, et cycladem auro textam, instar dalmaticæ, et pretiosissimi operis, quam sub mantello ferebat, etiam auro texto induta.* Cosmas Pragensis an. 1086. *Et imposuit diadema super caput ipsius, et ejus conjugis cyclade regia amictæ.*" Ducange, *in verb.*

[69] " These 'barons' are the Free men of the ports, and the number deputed by each of the towns is as follows:—for Hastings, 3; Dover, 2; Hithe, 2; Rye, 2; Sandwich, 3; Romney, 2; Winchelsea, 2; the same with either canopy." *Taylor's Glory of Regality. p.* 139.

The same writer says, " the claim of the cinque-ports is founded on a prescriptive right, recognized by the charter of King Charles II., in which ' considera-

natur, quatuor hastis deargentatis sustentatum, cum quatuor campanellis argenteis, et deauratis, ultra regem incedentem quocunque ierit gestabunt. Ad quamlibet hastam quatuor assignati, per diversitatem portuum, ne videatur portus portui præferri. Eodem modo ultra reginam coronandam a totidem baronibus portabitur pannus consimilis, cum totidem hastis et campanellis aliis consimilibus.

Pannum vero stragulatum[70] *prosternendum sub pe-*

---

tion is had' of 'the most pleasing and acceptable service which the barons of the Cinque Ports and of the antient towns aforesaid have performed and paid to us at our inauguration to the crown of this our kingdom of England, according as in times past they did and were bound to do, to our progenitors the kings and queens of England at their respective coronations, the time of the contrary being never remembered to have been.'" *Great and antient charter of the Cinque-Ports.* 12mo. 1682. *p.* 68.

The barons are said to have carried the "umbraculum" at the coronation of K. Kichard I.: Matthew Paris speaks of them at the coronation of Henry III.—"Custodibus vero quinque portuum, pallam super regem cum quatuor hastis supportantibus; quod tamen tunc scrupulo contentionis penitus non carebat." *Hist. Angl. p.* 355. Whence we may conclude that they then *proved* their right. I shall only quote further from Holinshed's Chronicle, in the account of the coronation of Henry VIII. and Katherine of Arragon: "this noble prince with his queene at time convenient, under their canopies borne by the barons of the five ports, went from the said palace to Westminster Abbaie upon cloth, called vulgarly cloth of raie; the which cloth was cut and spoiled by the rude and common people, immediately after their repaire into the abbaie." *Vol.* 3. *p.* 801.

Henry de Knyghton states, that the privileges of the cinque-ports were first granted to them by K. John, on condition of their providing at all times, upon reasonable notice, ships for him to pass over into Normandy, or elsewhere: "Causa cujus dotationis adhuc clamant liberiores esse præ cæteris portubus omnibus regni Angliæ." *Chronica.* Hist. Angl. Script. *Tom.* 2. *col.* 2424.

[70] "Stragulatus pannus; di-

Propter hoc lætatum est cor meum, et exultavit lingua mea: insuper et caro mea requiescet in spe.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis sanctum tuum videre corruptionem.

Notas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua usque in finem.

Gloria Patri. Sicut.

Deinde repetatur antiphona:

Tu es, Domine, qui restitues hæreditatem meam mihi.

Sequatur oratio cum,

Oremus.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut hi famuli tui, quorum hodie comas capitum pro amore divino deposuimus, in tua dilectione perpetuo maneant, ut eos sine macula gratia tua in sempiternum custodiat. Per Christum.

Finita oratione sequatur psalmus.

Domini est terra, et plenitudo ejus.

Gloria Patri.

Antiphona.

Hic accipiet benedictionem a Domino, et misericordiam a Deo salutari suo: quia hæc est generatio quærentium Dominum.

Oremus.

Adesto, Domine, supplicationibus nostris, et hos famulos tuos benedicere dignare, quibus in tuo nomine sancto habitum sanctæ religionis imponimus, ut te largiente devoti in ecclesia tua persistere, et vitam percipere mereantur æternam. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Tunc si habeatur superpelliceum, sumat episcopus illud in manu sua, et ponat circa colla singulorum dicens :

Induat te Dominus novum hominem, qui secundum Deum creatus est, in justitia, et sanctitate veritatis. Amen.

Et si non habeatur superpellicium, illa induitio omittatur.

Et episcopus prosequatur hoc modo :

Pax vobis.

vel tecum.

Oremus.

Oratio.

Omnipotens sempiterne Deus, propitiare peccatis nostris, et ab omni servitute sæcularis habitus hos famulos tuos emunda, ut dum ignominiam sæcularis habitus deponunt, semper in ævum gratia perfruantur, et sicut similitudinem coronæ tuæ eos gestare facimus in capitibus, sic tua virtute hæreditatem subsequi mereantur æternam in cordibus. Per Dominum.

His finitis, aspergat episcopus tonsuratos aqua benedicta, et roget eos orare pro eo aliquid certum, et præcipue si superstites fuerint die obitus sui, et sic data benedictione recedant.

Celebratio Ordinum.

Celebratio Ordinum.[1]

IN celebratione ordinum in adventu Domini, et cæteris temporibus anni, mane vel ante præmuniantur ordinandi, quod pure de peccatis sint confessi, et qui in sacerdotali ordine esse voluerint præparent se communioni. Omnes etiam provideant de vestibus sacris sibi necessariis, et quod tonsuram habeant competentem.

Quando ordines agantur primo fiat sermo si placeat, postea fiant inhibitiones sequentes, si sint generales ordines et episcopo placuerit, ad terrorem male subintrantium sub hac forma.

Ex parte Dei omnipotentis, Patris, et Filii, et Spi-

---

[1] The titles, as well as the beginnings of this office, vary considerably in the MSS. The Bangor pontifical is very short: and also mutilated in this place. But so far as it can be read, it is as follows.

" *Qualiter ordines agantur.* ——,,—— *dicat archidiaconus:* Accedant qui ordinandi sunt ostiarii. *Tunc accedant immediate* —— ,, —— ,, —— *: tradat eis episcopus claves ecclesiæ dicens:* Sic agite, quasi reddituri Deo rationem pro iis rebus, quæ istis clavibus recluduntur. *Tunc ducat eos archidiaconus ad ostium ecclesiæ, et tradat eis ostium. Præfatio ostiariorum.* Deum Patrem *etc.* Oremus. *Et diaconus.* Flectamus genua. Levate. *Oratio.* Domine sancte *etc.*"

The following is the order of the Winchester MS.

" *Hoc modo ordinandi sunt ostiarii: lectores: exorcistæ: acolyti: subdiaconi: diaconi: sacerdotes. Mense primo: quarto: septimo: decimo. Postquam chorus officium et kyriel' ex more finierit, introducantur omnes ordinandi, ab archidiacono, vocati ex nomine, ante domnum præsulem.*

" *Tunc his verbis unus ex ar-*

ritus Sancti, et sub pœna excommunicationis majoris, inhibemus ne aliquis ligatus impedimentis infra scriptis, contra decreta sanctorum patrum, ingerat se ad ordines recipiendos.

Primo ergo, secundo, et tertio, monemus et inhibemus sub pœna anathematis, ne quis se ingerat ordinandum, nisi prius examinata persona cum titulo matriculatus et infra scriptus fuerit et vocatus. Ne quis etiam mortalis peccati conscius, vel excommunicatus, aut suspensus, ordines recipiat, nisi prius potestatem habenti confiteatur et debite absolvatur. Ne autem ignorans ignoretur irregulares, qui secundum sacros canones ab ordinibus prohibentur, duximus seriatim et per ordinem specificandos.

Quicunque homicida. Item ecclesiarum incendiarius, seu earum fractor violenter. Item advocatus in causa sanguinis, vel notorie perjurus. Item executor sævorum tormentorum in publicis administrationibus. Item simoniacus, qui quodcumque beneficium aut titulum illicite adeptus, vel religionem taliter est ingressus.

---

chidiaconis dicat ad præsulem:

"Postulat hæc sancta ecclesia, *etc. Responsio episcopi:* Vide ut, *etc. Archidiaconus:* Quantum, *etc.*

Tunc fiat sermo ab episcopo communiter ad omnes de castitate, de abstinentia, et his similibus virtutibus: terribiliter interdicens, ne quis ad sacros ordines venire præsumat, qui pecuniam dare vel promittere præsumpserit; ne cum Simone Mago non benedictionem sed maledictionem inveniat.

Postea publice omnibus qui ad sacros ordines conveniunt, dicat: Auxiliante Domino, *etc.*"

The Exeter pontifical begins:

"*Qualiter ordines generales agantur. Primo fiat sermo si est dicendus. Postea fiant inhibitiones sequentes in generalibus ordinibus, si episcopo placuerit, ad terrorem male subintrantium.* Ex parte Dei omnipotentis. *etc.*"

The chief variations of this pontifical will be noticed as we proceed.

Item inventor vel fautor simoniacarum pactionum. Item apostata a fide vel religione, non reconciliatus. Item qui ab episcopis hæreticis, schismaticis, gratiam sedis apostolicæ non habentibus, scienter alias ordines recepit. Item qui sub falso titulo vel ficto, aut alias pacto inito cum suo præsentatore de hujusmodi titulo postquam ordinatus fuerit, eidem restituendo vel alias occasione hujusmodi eundem non inquietando, vel qui annuam pensionem vel quodcunque emolumentum temporale præsentanti, vel promotionem procuranti, sub quocunque promiserit colore. Item per saltum ad alios ordines promotus. Item prius conjugatus, nisi hoc faciat in casu a jure permisso. Item nullus qui excommunicatus scienter ordines recepit alias, et in susceptis ministrare præsumpsit. Item bigamus, vel corruptarum maritus. Item Deo sanctarum virginum violator. Item nullus sortilegus, vel nigromanticus, vel prohibitarum artium doctor, sive fautor. Item morbo sontico, vel caduco, vel lunatico, vel alio incurabili laborans, vel corpore vitiatus. Item illegitimus, nisi fuerit cum eo sufficienter dispensatum. Item servus nativus, præter conscientiam et voluntatem domini sui. Item nullus alterius diœcesis, nisi literas dimissorias habuerit, ac etiam titulum sufficientem. Item inhibemus quod nullus ordinem subdiaconatus recipiat, nisi sit ætatis octodecim annorum, diaconatus viginti, presbyteratus viginti quatuor, et vicesimum quintum annum attigerit. Item nullus religiosus de jure vel facto non professus. Item nullus curatus beneficiatus, qui infra annum non fuerit ordinatus in presbyterum, a tempore curæ susceptæ et pacifice possessionis adeptæ, nisi ex dispensatione, qua etiam rite sit usus juxta constitutionem *cum ex eo*. Item nullus sine vero titulo, vel cujus titulus ad non

titulum est redactus, nisi in gratia speciali.[2] Quibus omnibus et singulis, durantibus impedimentis supradictis, ut ab hujusmodi ordinum susceptione se abstineant, quousque cum eis sufficienter fuerit dispensatum, præcipimus sub pœna excommunicationis majoris superius annotata.

Et bene caveatur de omni mutilatione membrorum ordinandorum in sacris. Ne sint etiam gibbosi, vel mansi, vel alias corpore vitiati, propter scandalum cleri et ecclesiæ evitandum.[3]

Sciendum est quod episcopus, per totum annum in dominicis, vel festis apostolorum, et aliis duplicibus, cum missam celebrat, si voluerit et necesse fuerit, potest ordinare acolytos, unum vel duos, et paucos vel raro. Sed non de jure potest, nec debet, eundem acolytum et subdiaconum eadem die ordinare. Quia nunc in ecclesia quatuor minores ordines, scilicet, ostiarii, lectores, exorcistæ, et acolytatus simul conferuntur, quod olim in primitiva ecclesia separatim fiebant. Et tunc licuit unum illorum minorum ordinum, scilicet, acolytatum, eadem

---

[2] "*Nisi ex nostra gratia speciali.*" Pontif. Exon.

[3] "*Præmuniantur omnes ordinandi quod non recedant ante finem missæ.*" Pontif. Exon.

The Exeter pontifical omits the next three long paragraphs, and proceeds immediately to the Office: with the Mass proper to it: as follows.

"*Statuto die ordinum generalium, dicto introitu missæ cum* Kyrie eleison. *Et in oratione et ordine pro ordinandis qui sequitur.*

"Exaudi, quæsumus Domine, supplicum preces, et devoto tibi pectore famulantes perpetua defensione custodi: ut nullis perturbationibus impediti, liberam servitutem tuis semper exhibeamus officiis. Per Dominum. *Sub uno.* Per Dominum.

"*Tunc sedeat episcopus ante medium altaris, et introducantur omnes ordinandi, et stent similiter ante episcopum. Tunc unus archidiaconus voce sonora per modum lectionis versus ad episcopum dicat:*

Postulat sancta mater, *etc.*"

die dare cum subdiaconatu. Nunc vero non licet nec expedit, quia sancti patres quondam pro magno dicebant minimum ordinem recipere.

Legitur in vita Sancti Martini, quod cum beatus Hilarius, Pictavensis episcopus, eum diaconum facere vellet, non consensit, se indignum tanto gradu reputans, exorcistam tamen se fieri vix consensit. Unde valde mirandum et magis dolendum, quomodo his diebus a statu laicali, infra annum ad statum ascenditur presbyterii supremum, cum ad minus per annum integrum in omni ordine suscepto ministrare debeant, et se exercere ut digni et probati ad superiora ascendere mereantur, cum nemo repente fiat summus. Si ergo acolytatum et subdiaconatum eadem die conferre non licet, nec a multo fortiori, subdiaconatum simul et diaconatum, nec diaconatum et presbyteratum secundum decreta, primum quia graviter essent, tam ordinator quam ordinatus sint pariter puniendi.

Quatuor temporibus ergo, scilicet, sabbato in hebdomada tertia Adventus, sabbato in hebdomada prima Quadragesimæ, sabbato in hebdomada Pentecostes, quod est vigilia Sanctæ Trinitatis, et sabbato illo in Septembri quod sequitur octavam nativitatis beatæ Mariæ post festum sanctæ Crucis, generaliter potest episcopus sacros ordines celebrare. Si vero his temporibus impeditus fuerit, et necesse sit, in sabbato ante dominicam Passionis quod dicitur "Sitientes," et in sabbato quod est in vigilia Paschæ, sacros potest ordines ministrare. Alias autem nunquam.

Celebratio ordinum die Sabbati quatuor temporum.

In Adventu Domini.

Ad missam,[4] *Officium.*

---

[4] There can be no question that, from the primitive ages, the conferring of Holy Orders has always been accompanied by, and

Veni et ostende nobis faciem tuam, Domine: qui sedes super Cherubin, et salvi erimus.

Ps. Qui regis Israel intende: qui deducis velut ovem Joseph.

Dum officium canitur, vocentur nominatim illi qui ordinandi sunt acolyti,[5] *quibus vocatis, et introductis, sequatur oratio sine* Dominus vobiscum, *sed tantum cum*

---

formed a part of, the administration of the Eucharist. Not to mention the 8th Book of the Apost. Constitutions, it has been argued that we have the authority of the sacred Scripture for the necessity, if I may say so, of this observance. We read in the Acts of the Apostles, "As they ministered to the Lord, and fasted, the Holy Ghost said, Separate me Barnabas and Saul for the work whereunto I have called them. And when they had fasted and prayed, and laid their hands on them, they sent them away." Our translators followed the Vulgar Latin, but the original is "λειτουργούντων:" a term which not only in the other parts of the New Testament, but in the Fathers, is always used, unless qualified by the context, "pro ministerio sacrificii:" and hence the name itself of "Liturgy." In the translation by Erasmus, λειτουργούντων is rendered "sacrificantibus."

An obvious reason for this would of course be, from the probability of the presence of large numbers of both people and clergy: which in the primitive Church even during the times of persecution, was looked upon as necessary. Thus S. Cyprian says that Cornelius was consecrated, "de clericorum pene omnium testimonio, de plebis, quæ tunc affuit, suffragio, et de sacerdotum antiquorum consensu." *Epist.* 52. And again he explains why this should be: "Coram omni synagoga jubet Deus constitui sacerdotem: id est instruit, et ostendit, ordinationes sacerdotales nonnisi sub populi assistentis conscientia fieri oportere, ut plebe præsente, vel detegantur malorum crimina, vel bonorum merita prædicentur, et sit ordinatio justa, et legitima, quæ omnium suffragio et judicio fuerit examinata." *Epist.* 68.

[5] I may remark, that very anciently in the Latin Church, as we learn from the sacramentary of Gregory, the greater orders were conferred before the reading of the Gospel, and the minor after the communion. But the later practice is of high antiquity, as is shown by *Menard* from an old Ordo Romanus, and other early MSS. in his notes to that sacramentary, *p.* 271.

Oremus, *et omnes orationes sine* Dominus vobiscum *dicantur, præter ultimam ante epistolam.*

Oratio.

Deus, qui conspicis quia ex nostra pravitate affligimur, concede propitius, ut ex tua visitatione consolemur. Qui vivis.

Deinde sedeat episcopus ante altare conversus ad ordinandos, et archidiaconus[6] *capa indutus humiliter respiciens in episcopum cum his verbis alloquatur, ita dicens, stando et quasi episcopum salutando, cum nota, et quasi more lectionis legendo.*

Postulat hæc sancta ecclesia, reverende pater, hos viros ordinibus aptos consecrari sibi a vestra paternitate.

Resp. episcopi.

Vide ut natura, scientia, et moribus, tales per te introducantur, immo tales per nos in domo Domini ordinentur personæ, per quas diabolus procul pellatur, et clerus Deo nostro multiplicetur.

Resp. archidiaconi.

Quantum ad humanum spectat examen, natura, scientia, et moribus digni habentur, ut probi cooperatores effici in his, Deo volente, possint.

Quibus expletis, dicat episcopus hanc orationem publice, stando, sine nota :[7]

Auxiliante Domino, et Salvatore nostro Jesu Christo, præsentes fratres nostri in sacrum ordinem electi sunt a nobis, et clericis huic sanctæ sedi famulantibus.

---

[6] "Docent tum patres, tum veteres synodi, præsertim IV. Carthaginiensis, archidiaconorum quidem esse munus ordinandos vocandi, ac præsentandi episcopo ordinatori, uti videre est in canone *Ostiarius,* Distinctione XXIV. et in cap. *Ut nostrum,* extra, *de officio archidiaconi.*" Catalani, *in Pontif. Rom. Tom.* 1. *p.* 52.

[7] "*Tunc episcopus mediocri voce :*" Rubr. Pontif. Exon.

Alii ad officium presbyterii, diaconii, vel subdiaconii, quidam vero ad cæteros ecclesiasticos gradus. Proinde admonemus et postulamus, tam vos clericos quam cæterum populum, ut pro nobis et pro illis, puro corde et sincera mente apud divinam clementiam intercedere dignemini, quatenus nos dignos faciat pro illis exaudiri: et eos unumquemque in suo ordine eligere, et consecrare per manus nostras dignetur. Siquis autem habet aliquid contra hos viros, pro Deo et propter Deum, cum fiducia exeat et dicat, verumtamen memor sit communionis suæ.[8]

---

[8] "*Deinde pontifex et qui ab eo consecrandi sunt prosternantur super pavimentum: et sic agatur litania; et inter cætera dicatur:*

"Ut fratres istos, ad sacrum ordinem electos, in vera religione conservare digneris: te rogamus, audi nos.

"*His ita expletis, exeant omnes. Deinde postquam episcopus finierit primam orationem missæ, finita quoque prima lectione et gradali, iterum introducantur qui ordinandi sunt ostiarii, vocati ex nomine. Et tunc fiat sermo ab episcopo ad eos, hoc modo:*

"Ostiarius fieri dignatus est Christus, quando conclusit et aperuit archam Noe: vel cum portas inferni aperuit, et electos suos inde abstulit, reprobos autem reliquit. Unde modo ostiarii dicuntur, eo quod præsint ostiis ecclesiæ, ut sciant recipere fideles, et infideles respuere. Psalmistæ vocantur a psalmis canendis: ipsi enim canunt ut excitent ad compunctionem mentes audientium.

"*Tunc episcopus postquam ab eis requisierit, sub testimonio ecclesiæ, si talem ordinem subire, et in eo Deo humiliter servire voluerint, tradat eis claves ecclesiæ: scilicet potestatem claudendi et aperiendi ostia ecclesiæ. Ita dicens:*

"Sic agite, *etc.*" *Pontif. Winton.* With these, and the succeeding exhortations, which will be cited in the notes, compare, *S. Isidore Hisp.* Originum. *Lib.* vij.

The reader has already seen, note 1, that the Bangor MS. has no general exhortation, &c., for all who were to be ordained to whatever order, but commences at once with the "ostiarii."

In the Exeter pontifical, the notice "Auxiliante," is followed by, "*Tunc fiat sermo, si est dicendus. Sermone dicto fiat pro-*

Tunc dicat archidiaconus:

Accedant qui ordinandi sunt ostiarii.

Tunc accedant immediate antequam lectio legatur, vel gradale, ad consecrandum.

Episcopus sedens cum mitra eos instruendo dicat, sine nota:

Ostiarium oportet [9] percutere cymbalum, aperire ecclesiam, et sacrarium, et librum tenere ei qui prædicat.

Et cum ordinantur, surgens tradat eis episcopus claves ecclesiæ, et ipsi eas ambabus manibus recipiant, et dicat eis plane episcopus, stando et sine nota. Et si sint multi, stent in circuitu, et episcopus circueat eos, sæpius idem repetendo.

---

hibitio, ne aliquis recipiat ordines nisi examinatus et admissus per examinatores legitime deputatos: etc. Quibus præmissis, exeant omnes ordinandi, quibus egressis dicat archidiaconus:

"Accedant qui ordinandi sunt ostiarii.

"*Tunc accedant. etc.*"

[9] Besides the larger and more general admonitions which were addressed according to the judgment of the bishop, to each order of the candidates, previously to the commencement of the service itself, it has always been the practice from the earliest ages, of which any rituals remain, to admonish also in some set form before the actual conferring of each Order. Thus it was the subject of the 3rd canon of the 3rd council of Carthage. A.D. 390: "Item placuit, ut ordinandis episcopis, vel clericis, prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorum inculcentur, ne se aliquid contra statuta concilii fecisse asserant." *Concil.* edit. Mansi. *Tom.* 3. *col.* 880. And again, a few years after, in the famous 4th Council of Carthage, which forms a basis upon which succeeding Ordinals have been framed, the ixth canon has especial reference to this point, as concerned the "ostiarii," the lowest order ordained by a bishop: "Ostiarius cum ordinatur, postquam ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conversari, ad suggestionem archidiaconi, tradat ei episcopus claves ecclesiæ de altario, dicens: Sic age, quasi redditurus Deo rationem pro his rebus, quæ his clavibus recluduntur." *Ibid. Col.* 951.

Sic agite, quasi reddituri Deo rationem pro iis rebus,[10] quæ istis clavibus recluduntur.

Tunc ducat eos[11] *archidiaconus ad ostium ecclesiæ,*[12]

---

[10] " —— rebus, quæ ecclesiæ vobis commissæ clavibus includuntur." *Pontif. Winton.*

[11] "*Deinde archidiaconus ducat eos ad ostium ecclesiæ: et faciat eos claudere et aperire. Postquam iterum ante domnum præsulem fuerint introducti, dicat episcopus hanc orationem:* Deum Patrem, *etc.*" *Pontif. Winton.*

"*Et archidiaconus ducat eos ad ostium ecclesiæ, quod claudant et aperiant, et revertentes stent ante gradus sicut prius. Cum autem redierint, episcopus stans juxta cornu altaris, versus austrum, extendens manum supra ordinandos, dicat orationem:* Deum Patrem, *etc.*" *Pontif. Exon.*

[12] This ceremony was of later introduction than the delivery of the keys: although of such antiquity that it was introduced into the ordinal of the Western Church, before the conversion of the Saxons by S. Augustine. Hence there is no pontifical extant, of English use, in which it does not occur. Neither the Carthaginian Council, just cited, nor the Gelasian sacramentary, mentions it: but it is found in the Gregorian sacramentary, and in some very ancient MSS., still extant. A MS. pontifical, cited by *Martene*, (de Ant. Ecc. rit. Tom. 2. p. 18.) directed the bishop not to deliver the keys to the candidates, but only to shew them to them. I need scarcely perhaps remind the reader, that these keys were not the keys which were afterwards to be used, in the particular churches, to which the ostiarii were to be ordained, but any keys: and of any material: provided only, say the canonists, that in shape and form they were keys, apt and able to open some lock.

The modern Roman pontifical has introduced another ceremony in this place, one which is allowed to be modern, and for which no authority can be found in the earlier rituals. "Tradit etiam eis funem campanarum, faciens eos campanas pulsare." It was, doubtless, the duty of the ostiarii to ring the bells of the church, but not in the earliest ages: for then it was part of the office of the priest: as Amalarius says: "Ne despiciat presbyter hoc opus agere, ut in isto sit imitator filiorum Aaron." *De ecc. off. Lib.* 3. *Cap.* 1. And in Charlemagne's Capitular is an express order; "Ut sacerdotes signa tangant horis canonicis." *Lib.* vj.

et tradat eis ostium præfero ostiario, quibus reversis, dicat episcopus cum nota, stando, præfationem ad eos conversus, hoc modo.

Deum Patrem omnipotentem, fratres carissimi, suppliciter deprecemur, ut hos famulos suos bene✠dicere dignetur, quos in officium ostiariorum eligere dignatus est, ut sit eis fidelissima cura diebus ac noctibus ad distinctionem horarum certarum, ad invocandum nomen Domini nostri Jesu Christi.

Oremus.

Diaconus. Flectamus genua. Levate.

Oratio.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, bene✠dicere dignare hos famulos tuos in officio ostiariorum, ut inter janitores ecclesiæ tuæ pareant obsequio: et inter electos tuos partem tuæ mereantur habere mercedis. Per Dominum.[13]

Omnes lectiones cum suis titulis legantur.

Lectio Isaiæ prophetæ.

Cap. 168. But long before the reformation, this duty, as I have said, had devolved upon the ostiarii; and there is a very plain reference to it in the Preface which almost immediately follows in the text. Probably the ceremony of giving them the bells, (if I may so call it) was added in the revised Roman pontifical, in order to supply what appeared to be an omission.

[13] "*Tunc exeant omnes ostiarii.*" Rubr. Pontif. Winton.

The Bangor MS. is both defaced and mutilated: no more can be read here, than,

"Accedant qui ordinand.—,, ——,,—— Accipite et estote verbi, *etc.*"

The Exeter pontifical does not include the particulars of the proper mass: it proceeds therefore,

"*Tunc sedeat episcopus, et legatur lectio prima, cum graduali, quibus dictis sequitur,* Oremus. *Et dicitur secunda oratio, qua dicta dicat archidiaconus:* Recedant qui ordinati sunt ostiarii: accedant qui ordinandi sunt lectores. *Tunc episcopus sedens dicit eis*: Lectorem oportet. *etc.*"

In diebus illis: Clamabunt ad Dominum a facie tribulantis: et mittet eis salvatorem et propugnatorem qui liberet eos. Et cognoscetur Dominus ab Ægypto: et cognoscent Ægyptii Dominum in die illa. Et colent eum in hostiis et muneribus, et vota vovebunt Domino, et solvent. Et percutiet Dominus Ægyptum plaga: et sanabit eam. Et revertentur ad Dominum et placabitur eis et sanabit eos: Dominus Deus noster.

Gr. A summo cœlo egressio ejus; et occursus ejus usque ad summum ejus.

V. Cœli enarrant gloriam Dei, et opera manuum ejus annunciat firmamentum.

Oratio.

Concede quæsumus omnipotens Deus, ut qui sub peccati jugo ex vetusta servitute deprimimur, ex peccatis unigeniti Filii tui nova nativitate liberemur. Qui tecum.

Dicta oratione, statim dicat archidiaconus:

Accedant qui ordinandi sunt lectores.

Tunc immediate accedant antequam lectio legatur, et episcopus sedendo sine nota eis dicat:

Lectorem[14] oportet legere quæ prædicat, et lectiones

---

[14] *Post hæc, finita secunda oratione, et secunda lectione cum gradali, vocentur ex nomine qui ordinandi sunt lectores. Tunc exponat eis episcopus officium ordinis sui, quod sunt suscepturi:*

Lectoribus in ecclesia verba sacræ legis et prophetarum legendi datur potestas. Horum talis debet esse vita, ut quod ore annunciant, bonis operibus compleant. Et in his quæ prædicant, cæteros superemineant. Habent autem exordium a veteri testamento. Legitur vero ita: Stetit Esdras scriba super gradum ligneum quem fecerat ad loquendum; et universum eminebat populum. Stat super gradum ligneum, unde infimos supereminet, qui dominicam passionem imitando, cæteros morum probitate transcendit. Et quicunque aliquem bonis moribus instruit, lectoris officio fungitur. Hoc vero Dominus noster functus est offi-

cantare distincte, et benedicere panem et omnes fructus novos.

Et stando, vel circueundo, tradat eis codicem divinarum lectionum quem recipient inter manus, dicente episcopo sine nota, et sæpius eos repetendo, et hoc stando, sic:

Accipite,[15] et estote verbi Dei relatores, habituri, si fideliter et devote impleveritis officium vestrum, partem cum iis qui verbum Dei ministraverint.[16]

---

cio, cum ingressus synagogam traditus est ei liber Isaiæ prophetæ.

" *Postea tradat eis lectionarium in quo lecturi sunt, dicens:*

" Accipite et estote. *etc.*" *Pontif. Winton.*

15 The Bangor use, in this form, is the same as that in the text: but both the Winchester and Exeter pontificals have the following; after the word " ministraverint:" according to the *Winchester* text.

" Eligunt vos fratres vestri: ut sitis lectores in domo Domini Dei vestri, et agnoscatis officium vestrum, et impleatis illud. Potens est enim Deus, ut augeat vobis gratiam, qui cum Patre: *etc.*"

16 We again have the authority of the primitive ages for this part of the office. The following is the viijth canon of the 4th council of Carthage.

" Lector cum ordinatur, faciat de illo verbum episcopus ad plebem, indicans ejus fidem, ac vitam, atque ingenium. Post hæc, spectante plebe, tradat ei codicem, de quo lecturus est, dicens ad eum: Accipe, et esto lector verbi Dei, habiturus, si fideliter et utiliter impleveris officium, partem cum eis qui verbum Dei ministraverint." *Mansi. Concil. Tom.* 3. *Col.* 951.

The student will observe, that in this canon, the form is in the singular number; as also above, see Note 9. But this variation in the earliest ages was, in a manner, optional: and in MSS. of the same date, we find the forms of ordination sometimes in the singular, sometimes in the plural. If only one person was to be ordained, the plural form was of course to be changed into the singular.

S. Cyprian in his 33rd epistle, alludes to the address which was previously to be made to the people. " *Ad clerum et plebem de Aurelio lectore ordinato.*——— In ordinationibus clericis, fratres carissimi, solemus vos ante consulere, et mores, ac merita singulorum communi consilio ponderare." *Opera. p.* 46.

Although the general vessels

Sequitur præfatio[17] *lectorum cum nota.*

Oremus, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos, quos in ordinem lectorum dignatur assumere, bene✠dictionem suam clementer effundat: quatenus distincte legant quæ in ecclesia Dei legenda sunt, et eadem operibus impleant.

Oremus.

Diaconus. Flectamus genua. Levate.

Oratio.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, bene✠dicere dignare hos famulos tuos in officio lectorum, ut assiduitate lectionum distincti[18] sint atque ordinati,[19] et agenda dicant, et dicta opere compleant,

---

and ornaments of the church were delivered to the care of the "ostiarii," yet it would seem from the Acts of the African persecution, under Diocletian, that the Holy Scriptures were given into the custody of the "Lectores." For the answers of several bishops, who were required to surrender the sacred books, is there said to have been, "Scripturas lectores habent." And another remarkable reply of two subdeacons: "Plus non habemus, quia subdiaconi sumus, sed lectores habent codices." Cf. *Catalan.* Comment. *Tom.* I. p. 84. Therefore, probably, the chief ignominy of the term "Traditores" would have lain against the "Lectores:" although Bingham in his Antiquities, upon a wide interpretation of a canon of the first council of Arles, extends it to all who betrayed any of the goods or utensils of the church. *Book.* xvi. *Cap.* vj. (*Vol.* 6. *p.* 125.)

17 "*Præfatio lectorum.*" Rubr. Pontif. Bangor.

"*Sequitur Oratio.*" Rubr. Pontif. Winton.

"*Tunc rediens ad cornu altaris, sicut prius versus austrum super ordinandos dicat.*" Rubr. Pontif. Exon.

18 The modern Roman use reads "instructi." But the English pontificals retained the term as it had been derived anciently from the Gregorian Sacramentary.

19 "—— ordinati, earum modulis spirituali devotione gratiam resonent ecclesiæ. Per." *Pontif. Winton.*

ut in utroque sanctæ ecclesiæ exemplo sanctitatis suæ consulant. Per Dominum.[20]

Lectio Isaiæ prophetæ.

Hæc dicit Dominus, lætabitur deserta et invia, et exultabit solitudo, et florebit quasi lilium. Germinans germinabit, et exultabit lætabunda et laudans. Gloria Libani data est ei: decor Carmeli et Saron. Ipsi videbunt gloriam Domini: et decorem Dei nostri. Confortate manus dissolutas: et genua debilia roborate. Dicite, pusillanimes confortamini: et nolite timere. Ecce Deus vester ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet et salvabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, et aures surdorum patebunt. Tunc saliet sicut cervus claudus: et aperta erit lingua mutorum. Quia scissæ sunt in deserto aquæ: et torrentes in solitudine. Et quæ erat arida in stagnum: et sitiens in fontes aquarum. Dicit Dominus: Omnipotens.

Gr. In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

V. A summo cœlo egressio ejus, et occursus ejus usque ad summum ejus.

Oratio.

Indignos nos, quæsumus Domine, famulos tuos, quos

---

20 "*Tunc exeant lectores. Et postquam tertia oratio missæ, et tertia lectio cum gradali finierint, vocentur ex nomine omnes qui ordinandi sunt exorcistæ.*" Pontif. Winton.

"*Tunc* ——„—— *lectione* ——„—— *responsorio et oratione* [?] *dicat archidiaconus:* Accedant qui ordinandi sunt exorcistæ." Pontif. Bangor.

"*Tunc sedeat episcopus: et legatur secunda lectio cum graduali, et sequitur tertia oratio: qua dicta, dicat archidiaconus:* Recedant qui ordinati sunt lectores: et accedant qui ordinandi sunt exorcistæ." Pontif. Exon.

actionis propriæ culpa contristat, unigeniti Filii tui adventu lætifica. Qui tecum.

Dicta tertia oratione, dicat archidiaconus:

Accedant qui ordinandi sunt exorcistæ.

Et episcopus sedens dicat eis sine nota; [21]

Exorcistæ competit abjicere dæmones, et dicere populo, qui non communicat, det locum, et aquam in ministerio fundere.

Et tradat eis episcopus stando librum, in quo scripti sunt exorcismi, modo quo supra, dicens:

---

[21] " *Tunc dicat episcopus:*

"Mysterium itaque ordinis hujus quem appetitis, vobis aperire debemus. Exorcistæ adjuratores dicuntur. Per hoc vero officium, potestatem ponendi manus super energumenos, super catechumenos sive baptizatos, et ejiciendi spiritus immundos accipitis: sicut Dominus Jesus Christus potestatem dedit suis discipulis calcandi super serpentes, et scorpiones, et omnem virtutem inimici. Hoc ergo donum gratiæ Dei, ad fidem pertinet. Per fidem enim fit expulsio dæmonum, et omnia subjiciuntur vobis, ut Dominus ait. 'Amen, dico vobis, si habueritis fidem et non hæsitaveritis, si dixeritis monti huic, tolle hinc, et jactare in mare: fiet.' Timere etiam debent exorcistæ, ne dæmonibus, quibus timori esse debent per meritum religiosæ vitæ, despecti fiant: et de eis accidat quod de septem filiis Scevæ Judæi Actus Apostolorum narrant. Qui cum in nomine Pauli dæmonibus imperarent, respondit dæmonium: 'Jesum novi, et Paulum scio: vos autem, qui estis? Et insiluit in eos homo qui habebat dæmonium, et dilaceravit eos: ita ut nudi et vulnerati effugerent.' Siquis vero oratione sua vel prædicatione vitium ab aliquo expulerit, spiritualis exorcista est. Hoc etiam officio Dominus fungebatur: dum ab ipso dæmones ex obsessis corporibus ejiciebantur.

" *Deinde tradat eis episcopus libellum, id est, officialem in quo scripti sunt exorcismi: ita dicens:*

"Accipite et commendate: *etc.*" *Pontif. Winton.*

The Bangor pontifical has no admonition to the exorcists, but proceeds at once to the delivery of the book of exorcisms, with the usual form.

The Exeter MS. agrees, generally, with the text.

Accipite et commendate memoriæ, et habetote potestatem imponendi manus super energumenos, sive baptizatos, sive catechumenos.[22]

Sequitur præfatio exorcistarum.

Deum Patrem omnipotentem, fratres carissimi, supplices deprecemur, ut hos famulos suos bene✠dicere dignetur in officium[23] exorcistarum, ut sint spirituales imperatores ad abjiciendos dæmones de corporibus obsessis, cum omni nequitia eorum multiformi.

Oremus.

Diaconus. Flectamus genua. Levate.

Oratio.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, bene✠dicere dignare hos famulos tuos in officium[24] exorcistarum, ut per[25] impositionem manuum et oris

---

[22] We return again to the Carthaginian canons. "vij. Exorcista cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo: Accipe et commenda memoriæ, et habeto potestatem imponendi manus super energumenum, sive baptizatum, sive catechumenum." *Mansi.* ut supra.

The Church of Rome, although in practice she has suffered the office of exorcists to become extinct, yet preserves the ceremony, for it is nothing more, of their ordination. And it is remarkable, that with a strange disregard both of every ancient precedent, and of the reason of the thing, her modern pontifical has this rubric:—"Liber exorcismorum, cujus loco dari potest pontificale, vel missale." *Morinus* (de Sacr. Ordin. p. 185) upon this merely observes, and *Catalani* (Comment. *tom.* 1. *p.* 86) has nothing more to say, "De formis istis et materiis disponit ecclesia, ut æquum esse judicat." The argument and the alteration, appear to be equally satisfactory.

[23] "In officio." *Bangor.* et *Exon.*

[24] "In officio." *Bangor.*

[25] "Ut per impositionem manuum et oris officium eos eligere digneris, ut potestatem et imperium habeant spirituum immundorum ad coercendum, et probabiles sint medici ecclesiæ gratia curationum, et virtute confirmati." *Pontif. Winton.*

officium, potestatem et imperium habeant spiritus immundos[26] coercendi, ut probabiles sint medici ecclesiæ tuæ, gratia curationum virtuteque cœlesti confirmati. Per Dominum.[27]

Lectio Isaiæ prophetæ.

Hæc dicit Dominus. Super montem excelsum ascende tu, qui evangelizas Sion : exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Hierusalem. Exalta : noli timere. Dic civitatibus Judæ, Ecce Deus vester. Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet : et brachium ejus dominabitur : ecce merces ejus cum eo : et opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet : in brachio suo congregabit agnos, et in sinu suo levabit eos : Dominus Deus noster.

Gr. Domine Deus virtutum converte nos, et ostende faciem tuam, et salvi erimus.

V. Excita Domine potentiam tuam et veni, ut salvos facias nos.

Oratio.

Præsta, quæsumus omnipotens Deus, ut Filii tui ventura solemnitas, et præsentis nobis vitæ remedia conferat, et præmia æterna concedat. Per eundem.

Dicta quarta oratione, dicat archidiaconus modo quo supra :

Accedant qui ordinandi sunt acolyti.

Tunc accedant qui ordinandi sunt acolyti, et dicat eis episcopus[28] *sine nota :*

---

[26] " —— immundos nequitiæ, per verbum Christi, Filii tui, Domini nostri, coercendi ; atque probabiles, *etc.*" *Pontif. Exon.*

[27] " *Tunc sedeat episcopus, et legatur tertia lectio cum gradudli, et sequatur oratio quarta, qua dicta, dicat archidiaconus :*

" Recedant qui ordinati sunt exorcistæ : accedant qui ordinandi sunt acolyti." *Pontif. Exon :* with which agree, generally, the Winchester and Bangor MSS.

[28] With this agrees the Exeter

Acolytum oportet ceroferarium ferre, et luminaria ecclesiæ accendere:[29] vinum et aquam ad eucharistiam ministrare.[30]

Use: the Bangor omits the admonition, as was before observed: and we have the following in the Winchester MS.

"*Hi* [*i: e: acolyti*] *ab episcopo suo doceantur qualiter in officio suo agere debeant: dicens,*

"Nomen itaque hujus ordinis quem expositis, quod in se continet, noscere debetis. Acolyti græce, ceroferarii dicuntur latine, a cereis ferendis quando legendum est evangelium. Tunc enim accenduntur ab eis luminaria, et ante illud deportantur: non ad effugandas tenebras cum sol eo tempore rutilat: sed ad præsignandum quod lex et prophetæ, quæ per ipsa duo luminaria exprimuntur, lucem veram præcesserunt, quæ per evangelium mundo declaratur. Ait enim, 'Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.' Tunc vero spiritualiter acolyti luminaria ante evangelium deportant, cum legem et prophetas, quibus illud prænunciatum est, populo reserando prædicant. Ille etiam spiritualis est acolytus, qui igne divini verbi succensus, bonorum operum luce refulget, et cæteros verbo et exemplo exstruit et docet. Si enim acolyti oculis corporis carnalia luminaria præbent, ita oculos cordis bonorum operum exemplo accendere debent. Hoc Christus functus est officio, dum cæcis visum reddidit, et peccatorum caligine fuscatis, idem sol justitiæ effulsit.

"*Deinde accipiant ceroferarium cum cereo, ita dicente episcopo:*

"Accipite ceroferarium, *etc.*"

[29] It has been said that S. Ignatius included the acolytes, under the title "τοὺς κοπιῶντας," when he sent his salutations to the different orders and degrees in the church of Antioch. The chief argument for this appears to be, that, as in those days of persecution the Christians were obliged to meet before or after daylight, it was necessary that there should be acolytes, whose especial office it was, to light the lamps or candles at their place of meeting: and that as S. Ignatius does not name them by their proper title, the acolytes must be intended by the "labourers." See Catalani: *in pontif. Rom. tom.* 1. *p.* 90: and Baronius, *ad ann.* XXXIV. The argument is not very satisfactory, and Cotelerius, with more judgment, supposes these labourers to have been the persons employed to bury the dead. *Patres Apost. tom.* 2. p. 107.

[30] "Acolythus cum ordinatur,

Hic etiam poterit eos expressius informare de quatuor ordinibus præcedentibus, qui sub nomine acolytatus consummantur,[31] *licet quatuor sunt in numero, prout in principio libri continetur.*[32] *Et tunc ab episcopo accipiant ceroferarium cum cereo unum cum una manu, et aliud cum alia manu, dicente illis episcopo modo quo supra:*

Accipite ceroferarium cum cereo, ut sciatis vos ad accendenda ecclesiæ luminaria mancipari.

Accipiant et urceolum vacuum ab archidiacono,[33] *dicente illis episcopo modo quo supra:*

Accipite urceolum, ad suggerendum vinum et aquam in eucharistiam sanguinis Christi.[34]

---

ab episcopo quidem doceatur qualiter in officio suo agere debeat. Sed ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, ut sciat se ad accendenda ecclesiæ luminaria mancipari. Accipiat et urceolum vacuum, ad suggerendum vinum in eucharistiam sanguinis Christi." Con. Carthag. Can. vj. *Mansi.* ut supra. From this canon it is clear that in the earliest ages both the "ceroferarius" and "urceolus" were delivered by the archdeacon: and so it is ordered in the sacramentary of S. Gregory, and other of the most ancient rituals. But changes took place as time went on; thus, in the church of Sarum, the archdeacon was appointed for the "urceolus" only: and by the last revision of the Roman Use, the bishop is directed to deliver both, and the archdeacon's office, in this respect, is removed altogether. Cf. note 33.

31 *Martene* observes: "Acolythorum ordo aliis longe illustrior nobiliorque extitit, in ecclesia præsertim occidentali: utpote quorum ministerium circa incruentum missæ sacrificium pene totum versatur. Ipsorum est enim altaris accendere luminaria, vinum et aquam in Eucharistiam sanguinis Christi suggerere: *etc.*" De ant. ecc. rit. *tom.* 2. *p.* 19.

32 This refers to the "Admonitiones," printed below.

33 "*Et postea tradat eis urceolum vacuum dicens:*" Rubr. Pontif. Exon. And even more plainly from the bishop's hand, in the Winchester MS. "*Deinde accipiant urceolum vacuum ab episcopo dicente:*"

34 The Exeter pontifical alone adds here, and also at the delivery of the "ceroferarius;" "In nomine Domini, Amen."

Sequitur præfatio acolytorum.

Deum Patrem omnipotentem, fratres carissimi, suppliciter deprecemur, ut hos famulos suos bene✠dicere dignetur in ordine acolytorum:[35] quatenus lumen visibile manibus præferentes, lumen quoque spirituale moribus præbeant, adjuvante Domino nostro Jesu Christo.

Oremus.

Diaconus. Flectamus genua. Levate.

Oratio.

Domine sancte,[36] Pater omnipotens, æterne Deus, qui per Jesum Christum Filium tuum, et apostolos ejus,[37] in hunc mundum lumen claritatis tuæ misisti, quique ut mortis nostræ antiquum aboleres chirographum, gloriosissimæ illum crucis vexillo affigi, ac sanguinem et aquam ex latere illius pro salute generis humani effluere voluisti: bene✠dicere dignare hos famulos tuos in officio acolytorum, ut ad accendendum lumen ecclesiæ tuæ, et ad suggerendum vinum et aquam ad conficiendum sanguinem Christi Filii tui in offerendo eucharistiam,[38] sanctis altaribus tuis fideliter subministrent: accende, Domine, mentes eorum et corda, ad amorem gratiæ tuæ, ut illuminati vultu splendoris tui, fideliter tibi in sancta ecclesia deserviant. Per eundem.

Oratio.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, qui ad Moysen et Aaron locutus es, ut accenderentur lu-

---

[35] "Quorum nomina hic recitantur, *N.*" *Pontif. Winton.* So also in the former corresponding prayers, in that MS.

[36] This prayer comes last of the three, in the Winchester MS.

[37] "Et apostolos ejus," omitted in Pontif. Winton.

[38] "In offerenda eucharistia." *Bangor.* et *Exon.*

cernæ in tabernaculo testimonii, bene✠dicere et sancti✠ficare dignare hos famulos tuos, ut sint acolyti in ecclesia tua.

Alia oratio, cum Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, fons lucis et origo bonitatis, qui per Jesum Christum Filium tuum, lumen verum, mundum illuminasti, ejusque passionis mysterio redemisti, bene✠dicere et sancti✠ficare dignare hos famulos tuos, quos in officio acolytorum consecramus, poscentes clementiam tuam, ut eorum mentes et lumine scientiæ tuæ illustres, et pietatis tuæ rore irriges, ut ita perceptum ministerium te auxiliante peragant, quatenus ad æternam remunerationem pervenire mereantur. Per eundem Dominum nostrum.[39]

Lectio Isaiæ prophetæ.

Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cujus apprehendi dextram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, et dorsa regum vertam: et aperiam coram eo januas, et portæ ei non claudentur. Ego ante te ibo, et gloriosos terræ humiliabo. Portas æreas conteram, et vectes fer-

---

[39] "*Item post quintam orationem missæ et lectionem* Angelus Domini, *et responsorium* Benedictus, *vocentur ex nomine sub diligenti custodia, ne aliqui se latenter ingerant: nisi qui ordinandi sunt subdiaconi.*" Rubr. Pontif. Winton.

"*Tunc lecta lectione quarta, et dicto responsorio, et oratione, legatur lectio quinta,* Angelus Domini. *Deinde oratio missæ, et pro ordinatis,* Exaudi, *sub uno* per Dominum. *Qua expleta dicat archidiaconus:* Recedant qui ordinati sunt acolyti: *et statim subjungat:* Accedant qui ordinandi sunt subdiaconi." Rubr. Pontif. Bangor.

"*Tunc sedeat episcopus, et legatur lectio quarta cum graduali, et sequatur oratio quinta cum lectione et tractu; quibus finitis, episcopus convertat se ad chorum, et dicat:* Pax vobis, *etc. Sequitur oratio: qua finita, dicat archidiaconus acolytis, quod quilibet eorum dicat tria psalteria pro statu ecclesiæ, regni, et episcopi; et subjungat:* Recedant, *etc.*" Rubr. Pontif. Exon.

reos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos et arcana secretorum, ut scias quia ego Dominus qui invoco nomen tuum, Deus Israel. Propter servum meum Jacob et Israel electum meum, et vocavi te nomine tuo: assimulavi te, et non cognovisti me. Ego Dominus, et non est alius extra me Deus. Accinxi te, et non cognovisti me: ut sciant hi qui ab ortu solis, et qui ab occidente, quoniam absque me non est Deus. Ego Dominus, et non est alter, formans lucem et creans tenebras: faciens pacem et creans malum. Ego Dominus: faciens omnia hæc. Rorate cœli desuper, et nubes pluant justum, aperiatur terra et germinet salvatorem; et justitia oriatur simul. Ego Dominus: creavi eum.

Gr. Excita Domine potentiam tuam et veni, ut salvos facies nos.

V. Qui regis Israel intende, qui deducis velut ovem Joseph, qui sedes super cherubin appare coram Ephraim et Benjamin et Manasseh.

Oratio.

Preces populi tui, quæsumus Domine, clementer exaudi, ut qui juste pro peccatis nostris affligimur, pietatis tuæ visitatione consolemur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, *etc.*

Lectio Danielis prophetæ.

Angelus Domini descendit cum Azaria et sociis suis in fornacem, et excussit flammam ignis de fornace, et fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem. Flamma autem diffusa est super fornacem cubitis quadraginta novem: et incendit quos reperit juxta fornacem de Chaldæis ministros ejus qui eam incendebant. Illos autem omnino non tetigit ignis neque contristavit: nec quicquam molestiæ intulit. Tunc hi tres quasi

ex uno ore laudabant et glorificabant et benedicebant Deum: in fornace dicentes.

Gradale. Benedictus es, Domine Deus patrum nostrorum, et laudabilis, et gloriosus in sæcula.

Chorus idem repetat.

Vers. Et benedictum nomen gloriæ tuæ quod est sanctum.

Chorus. Et laudabile et gloriosum in sæcula.

Vers. Benedictus es in templo sancto gloriæ tuæ.

Chorus. Et laudabile.

Vers. Benedictus es super thronum sanctum regni tui.

Chorus. Et laudabile.

Vers. Benedictus es super sceptrum regni divinitatis tuæ.

Chorus. Et laudabile.

Vers. Benedictus es qui sedes super cherubin intuens abyssos.

Chorus. Et laudabile.

Vers. Benedictus es qui ambulas super pennas ventorum.

Chorus. Et laudabile.

Vers. Benedicant te omnes angeli et sancti tui.

Chorus. Et laudent te et glorificent in sæcula.

Vers. Benedicant te cœli, terræ, mare, et omnia quæ in eis sunt.

Chorus. Et laudent.

Vers. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Chorus. Et laus et honor, potestas et imperium.

Vers. Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Chorus. Et laus.

Deinde repetatur resp.

Benedictus es.

Postea dicat episcopus: Pax vobis.

Oremus.

Oratio.

Deus, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium: concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Oratio.

Exaudi, quæsumus Domine, supplicium preces, et devoto tibi pectore famulantes perpetua defensione custodi: ut nullis perturbationibus impediti, liberam servitutem tuis semper exhibeamus officiis. Per Dominum.

Et dicantur sub uno Per Dominum.

Hic dicantur memoriæ consuetæ.

Dicta oratione, vel memoriis finitis, episcopus convocans ad se acolytos, instruat eos de eorum officio, exhortando ad benefaciendum, et pro eo orandum aliquid certum si voluerit imponendum, et injungat eis horas beatæ Mariæ virginis quotidie dicendas ad terminum vitæ, et ipsi osculantur manum ejus, et benedicat eos in recessu.

Deinde dicat archidiaconus:

Recedant qui ordinati sunt acolyti:

Et statim subjungat:

Accedant qui ordinandi sunt subdiaconi.

Modo quo supra. Deinde episcopus sedens dicat eis sine nota:[40]

---

[40] "*Hii antequam ordinentur, de officio sui ordinis diligenter instruantur ab episcopo, hoc modo:*

"Illi fratres qui hoc officio quod appetitis utuntur, subdiaconi vocantur. Officiis enim levitarum obediunt: eisque vasa corporis et sanguinis Christi ad altare offerunt.

"De quibus placuit sanctis patribus, ut quia ministeria sacra contractant, non solum ab omni immunditia, sed etiam a conjugio, quod cæteris usque ad hunc ordinem pro humana fragilitate per-

Subdiaconum oportet præparare necessaria ad ministrationem altaris, et diacono humiliter ministrare.[41]

---

missum est, omnino se contineant. Ait enim scriptura, 'Mundamini, qui fertis vasa Domini.' Vasa ergo Domini ferentes, ab omni carnali voluntate debent esse immunes. Vasa vero Domini mundant, et diaconibus offerunt, qui mentes fidelium vitiis expurgant, et bonis moribus instruunt. Et sic ad majora capienda, moribus suis offerunt. Scyphum aquæ, et aquam, manile cum manutergio ab archidiacono accipiunt. De his vero levitis et sacerdotibus ministrare debent.

"Si enim sacerdotes et levitæ aliquoties humanius quam decet vixerint, tunc subdiaconi aquam conferunt, dum verba sacræ lectionis eisdem ut quod admissum est diluant, ad memoriam reducunt. Per aquam enim sacra scriptura aliquoties designatur. Hanc vero monitionem non arguendo, sed cum omni humilitate ut pii filii patrem monendo, facere debent. Ne cum Cham patris inebriati pudenda denudata deridente, æterna maledictione damnentur: sed cum piissimo filio opprobrium occultante benedictionem mereantur.

"Per manutergium, quod ex lino cum nimio labore conficitur, bonorum labor exprimitur: a quo omne peccatum confessione mundatum omnino deletur. Ait enim scriptura, 'Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemosyna extinguit peccatum.' Hoc vero Dominus functus est officio, quando pedes apostolorum aqua lavit, et linteo extersit.

"*Deinde cum ordinantur, quia manus impositionem non accipiunt, patenam de manu episcopi accipient vacuam, et calicem vacuum, dicente episcopo:*

"Videte cujus. *etc.*" *Pontif. Winton.*

[41] This is more accordant to the practice of the earlier ages, than the long admonition to, and consequent supposed duties of, the subdeacons at present in the church of Rome. Thus Alcuin says: "Subdiaconus, subminister, eo quod sub diacono sit, id est sub ministro; illius ministerium est, ut ministret diacono, id est, deferat ei linteum, super quod consecrandum est corpus et sanguis Domini. Deferat ei paternam cum oblatis, et calicem in quo vinum, et aqua habeatur. Peracto sacrificio, mysteria corporis et sanguinis Domini, quæ superfuerint, a diacono colligenda vel deportanda suscipit." *De div. off.* Bibl. Patrum; *Auctarium. tom.* 1. *p.* 270. And Amalarius: "Subdiaconus ideo dicitur, quia sub diacono est: ad unum mysterium consecrantur; subdiaconus vasa altaris ad eum defert, ipse vero ad altare, ut in eo disponat, quæ disponenda sunt, atque inde

Accedentes igitur subdiaconi cum ordinantur, quia manus impositionem non accipiunt, patenam de manu episcopi vacuam accipiant, et calicem vacuum:[42] *de manu*

---

recipiat, ut bonus dispensator de mensa Domini sui." *De ecc. off. lib.* 2. *cap.* xj. *ibid. p.* 382. From these and other authorities of about the same date, it has been reasonably concluded, that at that time the subdeacons did not approach the altar itself, but, although admitted within the sacrarium, handed the sacred vessels and other necessaries to the deacon or priest. Admittance even into the sacrarium, I would observe, was a privilege which grew up in later days than the council of Laodicea: which in its 21st canon strictly prohibited it to the subdeacons. Cf. also Goar. *Euchol. p.* 247. *note* 12. If we could interpret the admonition of the English Ordinals strictly, we might conclude that the duties of subdeacons still continued to be, as of old, up to the time of the reformation. I must here remind the reader that the degree of subdeacon is taken, in the modern church of Rome, only as a step to the higher orders of deacon and priest; in the same way as the minor orders are taken, with no intention of remaining in them.

Having mentioned the council of Laodicea, I may add, that its 22nd canon ordered the "minister" (by which word both Balsamon and Zonaras, under can. XXI. understand the subdeacon) "not to leave the doors." Whence we learn that anciently this was a portion of their duties: as Zonaras says: "antiquis temporibus ad fores ecclesiæ consistere, ibique catechumenis, et iis qui in pœnitentium ordine censebantur, cum opus foret, emittendis operam dare hypodiaconi soliti sunt." Bevereg. *Pandect. tom.* 1. *p.* 463.

[42] "Subdiaconus cum ordinatur, quia manus impositionem non accipit, patenam de episcopi manu accipiat vacuam, et calicem vacuum. De manu vero archidiaconi, urceolum cum aqua, et mantile, et manutergium." *Concil. Carth. can.* v. There is not here, nor in the text, any mention made of the book of the Epistles; which is now ordered to be delivered also, by the revised Roman ordinal. But for several centuries in the church of England it had become customary for the subdeacon to read the epistle, instead of the "Lector." Upon this point I must refer the reader to my work on the "Ancient Liturgy," *p.* 41. *Note* 50 (2nd edit.) where he will find some remarks upon the subject. I will add here, that one of the earliest canons which bear upon it, is the IVth of the council

vero archidiaconi[43] *accipiunt urceolum plenum cum aquamanili, id est, manutergio, dicente illis episcopo sine nota, stando:*

Videte cujus ministerium vobis traditur.

In fine concludat legendo, sic:

Ideo si usque nunc fuistis tardi ad ecclesiam; amodo debetis esse assidui. Si usque nunc somnolenti; amodo vigiles. Si usque nunc ebriosi; amodo sobrii. Si nunc usque inhonesti; amodo casti. Ideo vos moneo, ut vos ita exhibeatis ut Deo placere possitis.

Præfatio subdiaconorum cum nota, stando.

Oremus Deum ac Dominum nostrum, fratres carissimi, ut super servos suos quos ad subdiaconatus officium vocare dignatus est, effundat bene✠dictionem suam et gratiam, ut in conspectu ejus fideliter servientes, prædestinata sanctis præmia consequantur, adjuvante Domino nostro Jesu Christo.

Oremus.

Diaconus. Flectamus genua. Levate.

Benedictio subdiaconorum.

Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, be-

---

of Rhemes, in the year 813. "*De officio subdiaconi.* ——— residentibus cunctis lectæ sunt epistolæ Pauli, qualiter subdiaconi ministerium est eumdem apostolum legere, ut officium sibi commissum implere rectius potuisset." *Concil.* Mansi. *tom.* XIV. *col.* 77.

[43] There is considerable variety here between the pontificals. The Winchester directs: "*Postea vero accipiant ab archidiacono urceolum cum aquamanili ac manutergio.*" With this the Bangor agrees, with the addition "*urceolum vacuum.*" And in the address just above, Note 40, we have the candidates reminded that they were to receive "manile cum manutergio ab archidiacono." The Exeter pontifical gives another direction; viz. "*Tunc surgens episcopus, tradat cuilibet calicem vacuum cum patena ad tangendum, quem sequatur archidiaconus cum urceolo et manutergio et aqua, dicente episcopo circumeundo.*"

ne✠dicere dignare hos famulos tuos, quos ad subdiaconatus officium vocare[44] dignatus es, ut eos in sacrario sancto tuo strenuos solicitosque cœlestis militiæ instituas excubitores, sanctisque altaribus tuis fideliter subministrent, et requiescat super eos spiritus sapientiæ et intellectus, spiritus consilii et fortitudinis, spiritus scientiæ et pietatis; et repleas eos spiritu timoris tui, et eos in ministerio divino confirmes,[45] ut obedientes facto atque dicto parentes, tuam gratiam consequantur. Per Dominum, in unitate ejusdem.

Tunc tradat[46] *eis singulis in sinistro brachio episcopus manipulos,*[47] *dicens sine nota, et eos circueundo:*

---

[44] "Eligere." *Winton* et *Exon.*

[45] "Conformes." *Winton* et *Exon.*

[46] The Winchester pontifical, taking no notice of the maniple or tunic, here concludes the office of ordaining subdeacons: with this rubric. "*Tunc exeant subdiaconi. Et postquam episcopus finierit hanc collectam,* Deus qui tribus, *post epistolam et kyrie,* Laudate, *introducantur qui ordinandi sunt diaconi.*"

The reader must not forget that this Winchester MS. is earlier, by nearly two hundred years, than the Bangor pontifical: being of the early part of the twelfth, if not of the latter part of the eleventh century. See *Vol.* 1. *p.* 1. *Note* 2.

[47] It has been stated in the preceding note, that the Winchester pontifical does not direct either the maniple or the tunic to be delivered. And in fact both of them were of late introduction into the Church, as part of the vestments of subdeacons. We might have argued that not only the tunic but the maniple was added in the English Church (from the fact of neither being spoken of in the Winchester, and both in the Bangor MS.) about the twelfth century. But it is a curious fact, that the very ancient pontifical of Archbishop Egbert of York, from which *Martene* has printed extracts, has this rubric, in the ordination of a subdeacon. "*Et tradat ei calicem, et patenam, et manipulum.*" De ecc. ant. rit. *tom.* 2. *p.* 34. Whether it was afterwards omitted, between the eighth and the eleventh centuries, we cannot say.

But in fact, the maniple in that early age had not degenerated from its real and proper purpose,

Accipe manipulum, imple ministerium tuum; potens est enim Dominus, ut augeat tibi gratiam: qui vivit et regnat.[48]

In fine dicat episcopus singulis:

Pax tecum. *Et ille ordinandus respondeat:*

Et cum spiritu tuo.

Ad induendam tunicam dicat episcopus:

Induat te Dominus vestimento salutis, et indumento justitiæ circumdet te semper.[49]

---

into a mere ornament: and some ancient pontificals, when the delivery of it first solemnly formed a part of the ordering of subdeacons, expressly referred to its continued and actual use. "Accipe manipulum," was the form of words, "in manibus tuis ad extergendas sordes cordis et corporis, in nomine Patris, *etc.*" *Ibid. p.* 20. In which form, we find the same mixture of symbolical meaning as in these passages. "Mappula quæ in sinistra parte gestatur, qua pituitam oculorum, et narium detergimus, præsentem vitam designat, in qua superfluos humores patimur." *Alcuin.* de Div. Off. "Sudarium ad hoc portamus, ut eo detergamus sudorem. In manu sinistra portatur, ut ostendatur, in temporali vita tædium nos pati superflui humoris." *Amalarius. Lib.* 2. *Cap.* xxiv.

With regard to the tunic, it seems to be agreed on, that it was introduced after the xith century: and was first used in the case of those who, being already monks, were to be ordained subdeacons.

48 "*Et ille osculari debet manum episcopi. Tunc episcopus det illi qui lecturus est epistolam, tunicam, dicens:* Induat, *etc.*" Pontif. Exon.

The Bangor MS. is the same, as in the text.

49 "*Qua indutus statim legat epistolam, et sequatur kyrie. Deinde vocentur qui ordinandi sunt diaconi.*" Pontif. Bangor. From this rubric it may be concluded that the tunic was delivered only to the subdeacon about to read the Epistle.

"*Tunc lecta epistola cum tractu, injungat psalteria sicut prius, et postea dicat:* Recedant qui ordinati sunt subdiaconi: et accedant qui ordinandi sunt diaconi.

"*Hic aliqui prælati faciunt simul vocari eos qui ordinandi sunt diaconi et sacerdotes: quibus singillatim vocatis, et introductis, episcopus cum ministris prosternat se ante altare dum*

Qua finita statim legatur, Epistola ad Thessalonicenses.

Fratres: rogamus vos per adventum Domini nostri Jesu Christi et nostræ congregationis in idipsum: ut non cito moveamini a vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini. Nequis vos seducat ullo modo. Quoniam nisi venerit primum dissentio, et revelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui adversatur et extollitur super omne quod dicitur deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit deus. Non retinetis quod adhuc cum essem apud vos, hæc dicebam vobis. Et nunc quid detineat scitis: ut reveletur in suo tempore. Nam mysterium jam operatur iniquitatis, tantum ut qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat. Et tunc revelabitur ille iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, et destruet illustratione adventus sui.

Sequatur tractus.

Qui regis Israel intende, qui deducis velut ovem Joseph.

Vers. Qui sedes super cherubin, appare coram Ephraim, Benjamin, et Manasseh.

Vers. Excita Domine potentiam tuam, et veni, ut salvos facias nos.

Cantatoque tractu, episcopus injungat eis horas canonicas quotidie dicendas ad totum terminum vitæ. Et

---

litania a choro cantatur: aliqui vero dicunt litaniam solum in ordinatione presbyterorum." Pontif. Exon. Compare the rubric of the text, below: and the rubric in the note there, from the Bangor MS. The student should refer also to the Roman pontifical, in the order for subdeacons.

archidiaconus injungat eis aliquid certum pro statu universalis ecclesiæ, et tranquillitate regis et regni, et prosperitate domini episcopi. Et pro animabus patrum et matrum, et pro animabus omnium fidelium defunctorum. Et etiam dominus concedat indulgentias viginti dierum omnibus eorum primas epistolas audientibus.

Postea statim dicat:

Recedant qui ordinati sunt subdiaconi; accedant qui ordinandi sunt diaconi, et sacerdotes.

Deinde[50] *accedentes qui ordinandi sunt diaconi et sacerdotes cum vestibus suis, et prostrato episcopo ante altare cum sacerdotibus et levitis ordinandis, postea duo clerici incipiant litaniam.*

Kyrie eleison.
Christe eleison.
Christe audi nos.
Pater de cœlis Deus: miserere nobis.
Fili, redemptor mundi, Deus: miserere nobis.
Spiritus Sancte, Deus: miserere nobis.
Sancta Trinitas, unus Deus: miserere nobis.
Sancta Maria: ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix: ora.
Sancta virgo virginum: ora.
Sancte Michael: ora.
Sancte Gabriel: ora.
Sancte Raphael: ora.
Omnes sancti angeli, et archangeli, orate.

---

[50] "*Deinde accedentes qui ordinandi sunt diaconi et sacerdotes, cum vestibus suis et titulis, et stantibus cunctis, prostrato episcopo ante altare cum sacerdotibus et levitis ordinandis, incipiat cantor litaniam.*" Rubr. Pontif. Bangor.

The Winchester MS. agrees with the Exeter (see above, Note 46) in calling up the deacons and priests separately.

Omnes sancti beatorum spirituum ordines: orate.
Sancte Johannes Baptista: ora.
Omnes sancti patriarchæ et prophetæ: orate.
Sancte Petre: ora.
Sancte Paule: ora.
Sancte Andrea: ora.
Sancte Johannes: ora.
Sancte Jacobe: ora.
Sancte Thoma: ora.
Sancte Philippe: ora.
Sancte Jacobe: ora.
Sancte Mathæe: ora.
Sancte Bartholomee: ora.
Sancte Simon: ora.
Sancte Thaddee: ora.
Sancte Mathia: ora.
Sancte Barnaba: ora.
Sancte Marce: ora.
Sancte Luca: ora.
Omnes sancti apostoli, et evangelistæ: orate.
Omnes sancti discipuli Domini, et innocentes: orate.
Sancte Stephane: ora.
Sancte Line: ora.
Sancte Clete: ora.
Sancte Clemens: ora.
Sancte Fabiane: ora.
Sancte Sebastiane: ora.
Sancte Cosma: ora.
Sancte Damiane: ora.
Sancte Prime, sancte Feliciane: orate.
Sancte Dionysi, cum sociis tuis: orate.
Sancte Victor, cum sociis tuis: orate.

Omnes sancti Martyres : orate.
Sancte Silvester : ora.
Sancte Leo : ora.
Sancte Jeronyme : ora.
Sancte Augustine : ora.
Sancte Isidore : ora.
Sancte Juliane : ora.
Sancte Gildarde : ora.
Sancte Medarde : ora.
Sancte Albine : ora.
Sancte Eusebi : ora.
Sancte Swithune : ora.
Sancte Birine : ora.
Omnes sancti confessores : orate.
Omnes sancti monachi, et eremitæ : orate.
Sancta Maria Magdalena : ora.
Sancta Maria Ægyptiaca : ora.
Sancta Margareta : ora.
Sancta Scholastica : ora.
Sancta Petronella : ora.
Sancta Genoveva : ora.
Sancta Praxedis : ora.
Sancta Sotheris : ora.
Sancta Prisca : ora.
Sancta Tecla : ora.
Sancta Affra : ora.
Sancta Editha : ora.
Omnes sanctæ virgines : orate.
Omnes sancti : orate.
Propitius esto : parce nobis, Domine.
Ab omni malo : libera nos, Domine.
Ab insidiis diaboli : libera.
A damnatione perpetua : libera.

Ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis : libera.
Ab infestationibus dæmonum : libera.
A spiritu fornicationis : libera.
Ab appetitu inanis gloriæ : libera.
Ab omni immunditia mentis et corporis : libera.
Ab ira, et odio, et omni mala voluntate : libera.
Ab immundis cogitationibus : libera.
A cæcitate cordis : libera.
A fulgure et tempestate : libera.
A subitanea et improvisa morte : libera.
Per mysterium sanctæ incarnationis tuæ : libera.
Per nativitatem tuam : libera.
Per sanctam circumcisionem tuam : libera.
Per baptismum tuum : libera.
Per jejunium tuum : libera.
Per crucem et passionem tuam : libera.
Per pretiosam mortem tuam : libera.
Per gloriosam resurrectionem tuam : libera.
Per admirabilem ascensionem tuam : libera.
Per gratiam Sancti Paracliti : libera.
In hora mortis : succurre nobis, Domine.
In die judicii : libera.
Peccatores, te rogamus audi nos.
Ut pacem nobis dones.
Te rogamus.
Ut misericordia et pietas tua nos custodiat.
Te rogamus.
Ut ecclesiam tuam catholicam regere et defensare digneris.
Te rogamus.
Ut apostolicum donum, et omnes gradus ecclesiæ, in sancta religione conservare digneris.
Te rogamus.

Hic surgat episcopus et sumat baculum in manu sua, et conversus ad ordinandos dicat:[51]

Ut electos istos bene ✠ dicere digneris.

Te rogamus.

Ut electos istos bene ✠ dicere, et sancti ✠ ficare digneris.

Te rogamus.

Ut electos istos bene ✠ dicere, sancti ✠ ficare, et conse ✠ crare digneris.

---

[51] Upon the use in this place, so many times, of the sign of the cross, I extract a passage from Catalani. "Huc certe spectare videtur, quod ait sanctus Augustinus sermone clxxxj. de tempore, et tractatu cxviij. in Joannem, ita inquiens: 'Signo crucis consecratur corpus Dominicum, et omnia quæcumque sanctificantur, cum invocatione Christi nominis, in hoc signo consecrantur.' Ideo in ordinibus præsertim sacris conferendis crucis semper signaculum affulget: 'Unicuique eorum,' inquit S. Dionysius de ecclesiastica Hierarchia, 'qui consecrantur, signum crucis a consecrante pontifice imprimitur.' Ibidem vero subdit, crucis consignationem communem esse ordinationi episcoporum, sacerdotum, et diaconorum. Id quod etiam testatur memoratus Augustinus sermone XIX. de sanctis, ubi ita ait: 'Sacerdotes et Levitæ per signum crucis ad sacros ordines promoventur.' Tandem, S. Joannes Chrysostomus homilia lv. in Matt. absolute inquit, in quacumque ordinatione signum hoc salutis adhiberi: 'Crux adest, cum ordinandi statuimur.'" *In pontif. Rom. tom.* 1. *p.* 100.

The question however fairly is, not whether the just and proper use of this holy Sign, upon solemn occasions, is to be objected against,—testified to (as it undoubtedly is) by the practice of very early ages, and authorized in the administration of the sacrament of Baptism by the church of England,—but whether it had not come to such an excess, and to be regarded also with superstition, that the wisest if not the only course left to the revisers of our formularies, was to remove it, except upon the occasion of that sacrament alone, entirely from our Offices. I would refer the reader to some further remarks upon this subject, in my work on the Ancient Liturgy: 2nd edit. *p.* 4. 5. and *p.* 98.

Upon its use and acceptation in the Greek Church, see Goar, *Euchol. p.* 297. and *p.* 255. *Note* 7.

Te rogamus.

Hoc peracto, genuflectat episcopus cum cæteris ministris, usque ad finem litaniæ. Clerici prosequantur litaniam sic:

Ut episcopos, et abbates nostros, in sancta religione conservare digneris.

Te rogamus.

Ut regi nostro, et principibus nostris, pacem et veram concordiam atque victoriam donare digneris.

Te rogamus.

Ut congregationes omnium sanctorum tuorum in tuo sancto servitio conservare digneris.

Te rogamus.

Ut cunctum populum Christianum, pretioso sanguine tuo redemptum, conservare digneris.

Te rogamus.

Ut omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas.

Te rogamus.

Ut animas nostras, et parentum nostrorum, ab æterna damnatione eripias.

Te rogamus.

Ut fructus terræ dare atque conservare digneris.

Te rogamus.

Ut oculos misericordiæ tuæ super nos reducere digneris.

Te rogamus.

Ut obsequium servitutis nostræ rationabile facias.

Te rogamus.

Ut mentes nostras ad cœlestia desideria erigas.

Te rogamus.

Ut miserias pauperum et captivorum intueri et relevare digneris.

Te rogamus.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam dones.

Te rogamus.

Ut nos exaudire digneris.

Te rogamus.

Fili Dei, te rogamus audi nos.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exaudi nos, Domine.

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis, Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi, miserere nobis.

Kyrie eleison.

Christe eleison.

Kyrie eleison.

Finita litania, redeant sacerdotes electi ad loca sua, remanentibus levitis ad consecrandum, et episcopus dicat eis sine nota, sedendo:

Diaconum oportet[52] ministrare ad altare,[53] evangelium legere, baptizare, et prædicare.[54]

---

[52] The admonition to the deacons in the Winchester pontifical, immediately follows their approach to the Bishop, nor does there seem in that age, according to the Use of that Church, to have been a Litany appointed. The admonition is this;

" *Quos instruens, episcopus dicat:*

" Diaconatus vero officium in veteri testamento sumpsit exordium: in novo accepit incrementum. In veteri enim testamento levitæ vocabantur, et ab eis tabernaculum et ejus vasa custodiebantur. In novo vero ab apostolis ordinati, divini verbi præcones, et mensarum dispensatores constituuntur. Per ipsos enim debent stipendia ecclesiæ viduis et pauperibus erogari. Hii vero candidis vestibus induti altario assistunt, quibus castitatem cæteramque mentis puritatem se habere debere ostendunt. Paulus enim scribens ad Timotheum, cum præmisisset de sacerdotum electione, continuo subjunxit: ' Diacones [*sic*] similiter sint irreprehensibiles, id est, sine macula, et pudici, sicut episcopus. Non bilingues, non multo

Quibus inclinantibus, solus episcopus qui eos benedicit, manum super capita singulorum ponat, dicens, solus secrete:

---

vino dediti, non terrena lucra sectantes.' Ipsi vero manus impositionem ab episcopo accipiunt. Per manus opera intelligimus. Per digitos, dona Spiritus Sancti. In membris enim humanis non est major discretio, quam in digitis. Ac per hoc dona Spiritus Sancti discreta monstrantur. Et per impositionem manuum opera Spiritus Sancti intelligimus, quæ in grege Dominico debet exercere diaconus. Christus vero quamdiu nobis prædicavit, functus est officio diaconi. Habet diaconus donum prophetiæ, et merito; quia ejus fungitur officio de quo dictum est, 'Prophetam vobis suscitabit Deus de fratribus vestris tanquam me: ipsum audite.' Et iterum in evangelio, 'Propheta magnus surrexit in nobis.' Sunt etiam diaconi, ut ab apostolis institutum est, mensarum et viduarum ministri. Hoc officio Dominus ministrabat; cum aperta voce clamabat, 'Pœnitentiam agite; appropinquavit enim regnum cœlorum.'

"*Hi cum ordinantur, solus episcopus qui eos benedicit, manum super capita eorum ponat: quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecrantur: dicens:*

"Oremus, dilectissimi. *etc.*"

Hence it appears that at that time, the Winchester Use did not enjoin also (as afterwards the Exeter, Salisbury, and Bangor pontificals), the "Accipe Spiritum Sanctum." See the note below.

[53] Upon the question whether deacons anciently were permitted to administer the Cup, in the Holy Eucharist, I must refer the reader to my observations, in the "Ancient Liturgy," 2nd edit. *p.* 127.

[54] The admonition does not notice in any way, a privilege which in the middle ages the church of England, in extreme cases, allowed to her deacons: namely, that of reconciling penitents. And it is remarkable, that the same restriction is laid upon the exercise of both this power of reconciling, and of baptizing. Thus the 5th canon of the council of York, in 1195: "Decrevimus etiam, ut non nisi summa, et gravi urgente necessitate diaconus baptizet, vel corpus Christi cuiquam eroget, vel pœnitentiam confitenti imponat." Wilkins, *Concilia, tom.* 1. *p.* 501. And five years afterwards, in the province of Canterbury, the 3rd canon of the council of London: "Ut non liceat diaconibus baptizare, vel pœnitentias dare, nisi duplici necessitate; viz. quia sacerdos non potest, vel absens, vel stulte non vult, et mors imminet

Accipe Spiritum Sanctum.[55] *Quia non ad sacerdotium sed ad ministerium consecrantur.*[56]

---

puero, vel ægro." *Ibid. p.* 505. The same was repeated in the year 1236, in a provincial constitution: *ibid. p.* 636.

Lyndwood has a gloss upon this: both with respect to baptizing and hearing confessions. As regards the latter, his explanation is more mysterious than the permission which we are considering. "*De baptismate et pœnitentia.* Quæ duo quoad ministrationem eorundem parificantur, ut scilicet non ministrentur nisi a sacerdote; qui dictorum sacramentorum est debitus minister, excepta causa necessitatis. De primo, scilicet quoad baptismum, sic scribunt communiter omnes theologi, qui dicunt, quod alius non sacerdos baptizans præter articulum necessitatis peccat. De secundo, scilicet pœnitentia, quod sit proprium officium sacerdotis et non alterius, qui non est sacerdos, patet ex hoc; quod solum sacerdotibus Dominus dedit potestatem ligandi et solvendi." *Lib.* 3. *tit.* 24. Baptisterium habeatur. *verb.* pœnitentia.

The *Liber pœnitentialis* of archbishop Theodore, in the 7th century, has a notice upon the subject, but expressed in such general terms, that it leaves the question where it was before: "Non licet diaconum laico pœnitentiam judicare, sed episcopi et presbyteri judicare debent." Thorpe, *Anglo-saxon Laws. Vol.* 2. *p.* 57. But a passage in the 12th epistle of S. Cyprian is much to the point, and possibly it was in reliance upon his authority that the English Church published the above canons. "Quoniam tamen video facultatem veniendi ad vos nondum esse, occurrendum puto fratribus nostris; ut qui libellos a martyribus acceperunt, et prærogativa eorum apud Deum adjuvari possunt, si incommodo aliquo et infirmitatis periculo occupati fuerint, non expectata præsentia nostra, apud presbyterum quemcumque præsentem, vel si presbyter repertus non fuerit, et urgere exitus cœperit, apud diaconum quoque exomologesin facere delicti sui possint; ut manu eis in pœnitentiam imposita veniant ad Dominum cum pace quam dari martyres litteris ad nos factis desideraverunt." *Opera. p.* 22.

An interpretation may be put upon these canons, as regards confession, that that office, when performed by deacons, came under the class of what was then called Sacramentals; and so possibly the English councils might have looked on it. See Natalis Alexander: *Theol. Dogm. Lib.* 2. *Art.* viij. This certainly somewhat reconciles the difficulty under which these canons lie; whether the councils were correct in limit-

Sequitur præfatio super inclinatos diaconos, stando, cum nota.

---

ing the power of deacons to baptize, to cases only where great necessity existed, is another point, upon which I have not space to enter. I shall only add, that the later Roman canonists do not allow that the "exomologesis" of S. Cyprian, is to be understood of what they call "sacramental confession:" but a lower kind, which might, in the absence of both priest and bishop, authorize a deacon simply to restore the penitent to the right of communion.

[55] This form is as follows in the modern Roman Use. "Accipe Spiritum Sanctum, ad robur, et ad resistendum diabolo, et tentationibus ejus. In nomine Domini." And it is interpolated in the long prayer, which is called in the text, "Præfatio," beginning "Honorum dator."

The schoolmen have called these words "Accipe *etc.*" the Form: but there is this difficulty, that (as we have already seen in the case of the Winchester MS.) it is of late introduction; Martene says of about the 13th century: and probably the Bangor pontifical is as early as any manuscript in which it can be found. Hence others, as Catalani, and Martene, say that "the Form" is contained in the prayer which begins "Emitte quæsumus Domine, *etc.*:" which clause was anciently, as the reader will observe, in the middle, and not at the beginning of a prayer. It was to obviate all these objections, and make the public rituals harmonize with the opinions of the Roman doctors, that at the revision of the pontifical, the old prayer was divided, and the new clause aptly fitted in, to supply what was wanted. Unfortunately, whilst the modern pontifical is sufficiently complete, the testimony of the earlier books remains as firm as ever, against the truth of the new doctrines which, after their time, had been introduced.

[56] We return again to the important canons of the 4th council of Carthage, to which so many of the ancient rubrics of the English ordinals are to be traced. "IV. Diaconus cum ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat: quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur." *Mansi, ut supra.* The same words are introduced into the sacramentary of S. Gregory, and the old Ordo Romanus. Still the rule was not exactly observed in all Churches, for in some pontificals (and among them the very early English MS. preserved at Rouen) we have the following rubric, which probably is to be traced to an age earlier even than the Carthaginian council, as it is to be found in the Ge-

Oremus, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos,[57] quos ad officium diaconatus assumere dignatus est, bene✠dictionis suæ gratiam clementer effundat, et consecrationis indultæ propitius dona conservet, et preces nostras clementer exaudiat: ut quæ nostro gerenda sunt ministerio, suo benignus prosequatur auxilio, et quos sacris mysteriis exequendis pro nostra intelligentia credimus offerendos, sua electione sanctificet.

Oremus.

Diaconus. Flectamus genua. Levate.

Oratio.

Exaudi, Domine, preces nostras, et super hos famu-

---

lasian Sacramentary. "Diaconus cum ordinatur, solus episcopus, qui eum benedicit, manum super caput illius ponat, reliqui omnes sacerdotes juxta manum episcopi, caput illius tangant, quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur." And there is a remarkable place in Durand, where, after citing the first rubric, he objects: "In actibus tamen Apostolorum ita legitur: 'Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, et orantes imposuerunt manus super eos.' In quo ostenditur, non solum episcopum verum etiam presbyteros tunc adstantes debere manum super diaconum, dum ordinatur, imponere." *Ration. Lib.* 2. ix. 14. And he goes on to argue that a bishop could not have more power than an Apostle. *Amalarius* also, some centuries before, makes the same objection, upon the same ground. But as *Menard* argues in his notes on this place of the Sacramentary of S. Gregory, it was not strange, that being together, the Apostles should all have laid their hands upon the deacons: "quamvis id minime esset necessarium, cum unicus sufficere potuisset." *Tom.* 3. *p.* 498. I suppose that this point must therefore be left entirely to the discretion of each church, according to her own judgment.

[57] "quorum nomina hic recitantur, quos in sacrum ordinem dignatur assumere, benedictionis suæ gratiam clementer infundat, eisque donum consecrationis indulgeat, per quod eos ad gaudia æterna perducat. Qui vivit, *etc.*" *Pontif. Winton:* and followed by the Exeter MS. except that the latter reads "quos ad officium diaconatus."

los tuos spiritum tuæ bene✠dictionis emitte: ut cœlesti munere ditati, et tuæ gratiam possint majestatis acquirere, et bene vivendi aliis exemplum præbere: *terminando secrete:* Per Dominum nostrum, Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum.

Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Sursum corda.

Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro.

Dignum et justum est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Honorum[58] dator, ordinumque distributor, ac officiorum dispositor, qui, in te manens, innovas omnia et cuncta disponis, per Verbum, virtutem, sapientiamque tuam, Jesum Christum, Filium tuum, Dominum nostrum, sempiterna providentia præparans, et singulis quibusque tempori-

---

[58] Some MSS. in this place read "bonorum," which is followed by the Exeter pontifical: but wrongly. For as *Menard* has observed in his notes to the sacramentary of S. Gregory, "hæc vox *honor* dicitur de tribus excellentioribus ordinibus, diaconatu, presbyteratu, et episcopatu." S. Greg. Opera. *Tom.* 3. *p.* 499. And he cites several passages to this purpose from Ennodius, Optatus Milevitanus, and others. With these from S. Cyprian. "Cæterum presbyterii honorem designasse nos illis, ut sciatis." *Epist.* 34. "Fungeris circa eum potestate honoris tui, ut eum vel deponas, vel abstineas." *Epist.* 65.

So also we have the canons of councils: thus the 2nd of the 4th council of Arles: "Sed nec reliqui pontifices presbyterii, vel diaconatus honorem conferre præsumant, *etc.*" And the 8th canon of the council of Nice, before quoted (*p.* 145. *Note* 6); "*ὁ δε ονομαζομενος παρα τοις λεγομενοις* Κα*θαροις ἐπισκοπος, την του πρεσβυτερου τιμην ἑξει.*"

bus aptanda dispensas. Cujus corpus, ecclesiam videlicet tuam cœlestium gratiarum varietate distinctam, suorumque connexam distinctione membrorum per legem mirabilem compaginis totius unitam, in augmentum templi tui crescere dilatarique largiris, sacri muneris servitutem in trinis gradibus ministrorum nomini tuo militare constituens. Electis ab initio Levi filiis, qui in mysticis operationibus domus tuæ fidelibus excubiis permanentes, hæreditatem benedictionis æternæ sorte perpetua possiderent. Super hos quoque famulos tuos, quæsumus Domine, placatus intende, quos tuis sacrariis servituros in officium diaconii suppliciter dedi ✠ camus. Et nos quidem tanquam homines, divini sensus et summæ rationis ignari, horum vitam quantum possumus estimamus. Te autem, Domine, ea quæ nobis sunt ignota non transeunt, et occulta non fallunt. Tu cognitor es secretorum, tu scrutator es cordium, tu eorum vitam cœlesti poteris examinare judicio, qui semper prævales et commissa purgare et ea quæ sunt agenda concedere. Emitte in eos, quæsumus Domine, Spiritum Sanctum, quo in opus ministerii fideliter exequendi, septiformis gratiæ tuæ munere roborentur: abundet in eis totius forma virtutis, auctoritas modesta, pudor constans, innocentiæ puritas, et spiritualis observantia disciplinæ. In moribus eorum præcepta tua fulgeant, ut suæ castitatis exemplo imitationem sancta plebs acquirat, et bonum conscientiæ testimonium præferentes, in Christo firmi et stabiles perseverent, dignisque successibus de inferiori gradu per gratiam tuam capere potiora mereantur.

Terminando secrete: Per eundem Dominum nostrum, Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate ejusdem.

Tunc ponat singulis, super sinistrum humerum, sto-

lam usque ad ascellam[59] *dexteram subtus, dicens sine nota:*[60]

In nomine Sanctæ Trinitatis, accipe stolam immortalitatis: imple ministerium tuum, potens est enim Deus ut augeat tibi gratiam, qui vivit et regnat.[61]

Non dicitur ulterius, sed statim subjungat:

Pax tecum.

---

[59] i: e: axillam.

[60] "*Tunc ponat singulis, super humerum sinistrum stolas, dicens:*" Rubr. pontif. Bangor.

"*Finita præfatione, tunc episcopus tradat cuilibet diaconorum stolam, dicens:*" Rubr. pontif. Exon.

[61] The Winchester pontifical has a considerable addition after the words "qui vivit et regnat."

"Per hoc signum, vobis diaconatus officium imponimus, ut firmamentum mensæ divinæ tanquam sustentaculum columnarum sitis, et præcones regis cœlestis irreprehensibiliter existere mereamini.

"*Addat etiam hanc episcopus orationem:*

"In nomine sanctæ Trinitatis et Unicæ Divinitatis, accipite stolam quam vobis Dominus per humilitatis nostræ famulatum et per manus nostras accipiendam præparavit; per quam sciatis sarcinam Domini Dei vestri cervicibus vestris impositam, et humilitatem, atque in administrationem vos esse connexos, et per quam vos cognoscant fratres vestri ministros Dei esse ordinatos: ut qui in diaconatus ministerio estis constituti, leviticæ benedictionis ordine clarescatis, et spirituali conversatione præfulgentes, gratia sanctificationis eluceatis, sed et in Christo Jesu stabiles perseveretis, ac firmi; quatenus hoc quod per hanc stolam significatur, in die districti judicii ante tribunal Domini sine macula repræsentare valeatis: ipso auxiliante, cui est honor et gloria in sæcula sæculorum.*

"*Postea tradat episcopus sanctum evangelium, dicens:*

"Accipe potestatem legendi

---

* This prayer seems to have been peculiar to the early English Church, and probably was retained from the primitive British sacramentary. It occurs in two very ancient English pontificals; one of the 8th century, formerly preserved at Jumieges, and the other, once S. Dunstan's, now in the royal library at Paris. Cf. *Martene.* de ant. ecc. rit. *Tom* 2. *p.* 39.

Et ordinandus respondeat:

Et cum spiritu tuo.[62]

Post hæc tradat eis librum evangeliorum,[63] dicens sine nota:

---

evangelium in ecclesia Dei, tam pro vivis quam et defunctis, in nomine Domini. Amen.

"Commune votum communis prosequatur oratio, ut hii totius ecclesiæ prece, qui in diaconatus ministerium præparantur, levitica benedictione et spirituali conversatione præfulgentes, gratia sanctificationis eluceant. Per eum qui vivit.

"*Oremus.* Domine sancte, Pater spei, *etc.*"

An exhortation similar to the last, ("Commune votum,") is still used in the Roman pontifical: but placed at the beginning, immediately after the admonition to the deacons. I take the opportunity of noting this, and of reminding the student of the numberless variations which existed between the old English uses and the Roman. This last he must carefully examine for himself.

[62] Neither the "Pax tecum" nor its response, is ordered in the Bangor or Exeter MSS.

[63] The modern Roman pontifical delivers the dalmatic before the book of the Gospels. This rite of delivering the Gospels, was for many ages peculiar to the English Church: nor is it mentioned by any of the early ritualists, S. Isidore, Amalarius, or Alcuin. Martene says that it is not to be found in any pontifical before the 10th century, those of English use alone excepted: and he continues, "Cum ergo solemnis fuerit in Anglia evangelii traditio, reperiaturque in omnibus, quos inde viderimus libris ritualibus, ab ea ecclesia hunc ritum initium traxisse facile colligitur."

Catalani (*Comment. in pontif. Tom.* 1. *p.* 119.) rather hastily accuses Martene of an error in this statement, referring to the old Ordo Romanus, printed by Hittorpius, for a similar direction as to the book of the Gospels, to be delivered to the deacons. But in fact, that Ordo does *not* mention the Gospels: neither in the edition by Hittorpius himself, in 1568; nor in the first vol. of the "Auctarium" to the Bibl. Patrum. Even if some other Ordo Romanus might give such a direction, it would yet remain to be proved that it was of an earlier date than the ixth century: for there is no doubt, that about that time, it was introduced into the churches of France, and from thence would rapidly pass over into Italy.

But it seems best, upon a point of so much interest, to give the

In nomine Sanctæ Trinitatis, accipe potestatem legendi evangelium in ecclesia Dei, tam pro vivis quam pro defunctis, in nomine Domini. Amen.

Ordinandus respondeat:

Deo gratias.

Sequitur benedictio[64] *cum nota.*

Dominus vobiscum.

Oremus.

Domine sancte, Pater fidei, spei, gratiæ, et perfectuum munerator, qui in cœlestibus et terrenis angelorum ministeriis ubique dispositis per omnia elementa voluntatis tuæ diffundis effectum: hos quoque famulos tuos speciali dignare illustrare aspectu,[65] ut tuis ob-

---

original and earliest rubric, as it stands in the English pontificals of the 8th century.

"*Postea tradat ei episcopus sanctum evangelium dicens:* Accipe illud volumen evangelii. Lege, et intellige, et aliis trade, et tu opere adimple."

In the same age, and very possibly derived from the same British source, there was another remarkable rite observed in the English Church, as is proved by the same pontificals, in the ordination of deacons: this was the anointing of the hands. After the benediction we have the following rubric, and Form. "*Consecratio manuum diaconi de oleo atque chrismate.* Consecrantur manus istæ, quæsumus Domine, et sanctificentur, per istam sanctam unctionem nostramque benedictionem, ut quæcumque benedixerint, benedicta sint; et quæcumque sanctificaverint, sanctificata sint. Per."

There is evidence that this rite also was for a short time adopted from England into France: as appears from a letter of Pope Nicolas I. to an archbishop in that country: "Præterea sciscitaris utrum solis presbyteris an diaconibus debeant, cum ordinantur, manus chrismatis liquore perungi." *Conc. Gall.* Tom. 3. Upon this *Menard's* observation is; "Quod non interrogasset Pontificem Maximum Rodulphus, nisi id moris esse in diaconorum ordinatione alicubi in Gallia compertum habuisset." *Notæ in Sacr. Greg. Opera. Tom.* 3. *p.* 502.

64 "*Sequitur communis benedictio.*" Rubr. Pontif. Bangor.

65 "Hos quoque famulos tuos propitius digneris aspicere." *Pontif. Winton.* et *Exon.*

sequiis expediti, sanctis tuis altaribus ministri puri accrescant, et indulgentia puriores, eorum gradu, quos apostoli in septenario numero, beato Stephano duce ac prævio, Sancto Spiritu auctore, elegerunt, digni existant, et virtutibus universis, quibus tibi servire oportet, instructi polleant.[66] Per Dominum. In unitate ejusdem.

Tunc tradat singulis eos circueundo dalmaticam[67], *dicens sine nota :*[68]

Induat te Dominus vestimento salutis ;

Ultimo concludendo ei qui lecturus est evangelium :

Et sit in corde, et in ore tuo, ad pronunciandum sanctum evangelium pacis. In nomine Patris.

---

[66] "Instructi complaceant." *Pontif. Winton.* et *Exon.* "In structi, tibi complaceant." *Pontif. Rom.*

[67] As above, (Note 47.) it was observed that the tunic was of late introduction in the ordination of subdeacons, so the dalmatic was also adopted, first in the case of monks, about the 12th century. The Winchester pontifical does not notice it, as the student will see in the note below: and the English churches probably admitted it into their ordinals, early in the 13th century, as it is ordered in the Bangor MS.

[68] "*Tunc unus diaconorum legat evangelium. Quo finito, exeant diaconi : et introducantur qui ordinandi sunt ad ordinem sacerdotii, induti more diaconi, ferentes in manibus suis casulam singuli.*" *Pontif. Winton.*

"*Tunc ille, qui lecturus est evangelium benedictionem petat :* * *cui episcopus dalmaticam tradat, dicens :* Induat te, *etc.*" *Pontif. Bangor.*

"*Tunc det episcopus dalmaticam uni illorum cui vult, qui leget evangelium, dicens :* Induat te, *etc. Perlecto evangelio, et libro evangeliorum ab episcopo osculato, dicat episcopus,* Dominus vobiscum. *Et offertorium et omnia in missa peragat usque ad lotionem manuum; interim archidiaconus injungat cuilibet diaconorum, tria psalteria, sicut prius, et dicat :* Recedant, *etc.*" *Pontif. Exon.*

---

* See the "Ancient Liturgy." Edit. 2nd. p. 44. *Note* 51.

Secundum Lucam.

Anno quintodecimo imperii Tiberii Cæsaris, procurante Pontio Pilato Judæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autem fratre ejus tetrarcha Iturææ et Trachonitidis regionis, et Lysania Abilenæ tetrarcha, sub principibus sacerdotum Anna et Caiapha, factum est verbum Domini super Johannem, Zachariæ filium, in deserto. Et venit in omnem regionem Jordanis, prædicans baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum, sicut scriptum est in libro sermonum Isaiæ prophetæ, Vox clamantis in deserto, parate viam Domini, rectas facite semitas ejus. Omnis vallis implebitur, et omnis mons, et collis humiliabitur, et erunt prava in directa, et aspera in vias planas. Et videbit omnis caro salutare Dei.

Post evangelium archidiaconus injungat eis aliquid certum, ut supra in ordinatione subdiaconorum, et etiam dominus episcopus concedat indulgentiam triginta dierum audientibus eorum prima evangelia.

Deinde dicat archidiaconus:

Recedant qui ordinati sunt diaconi; accedant qui ordinandi sunt sacerdotes.

Caveatur de omni mutilatione membrorum, et maxime manuum, quas episcopo ostendant.[69] *Deinde episcopus dicat eis sine nota:*[70]

---

[69] None of the other pontificals have this rubric.

[70] " *Hos* [*sacerdotes*] *domnus præsul de dignitate officii sacerdotalis diligenter instruens, dicat:*

Presbyteri præsunt ecclesiis Dei; et in consecratione corporis et sanguinis Christi, et officio prædicandi consortes sunt episcopis. Episcopi autem in cæteris officiis eis præsunt. Nam ad illos pertinet clericorum ordinatio: chrismatis et olei, et ecclesiarum altariorumque consecratio, et omnium instrumentorum ecclesiæ benedictio: ac plebis confirmatio. Cavere debent presbyteri, ne ver

Sacerdotem oportet offerre,[71] benedicere,[72] præesse, prædicare, conficere,[73] et baptizare.

---

bum Dei quod annunciant, pravis actibus vel moribus corrumpant: ne de eis merito fiat, quod Dominus ait per prophetam, 'cum ipsi limpidissimam aquam biberitis, reliquam pedibus vestris conculcabatis; et oves meæ quæ conculcata pedibus vestris fuerant pascebantur, et quæ pedes vestri turbaverant, hæc bibebant.' Hi cum in sacerdotio ordinantur, iterum accipiunt manus impositionem, cæteris presbyteris astantibus, manusque super eos orando levantibus. Manus vero eorum a sacro chrismate et oleo ab episcopo unguuntur, ut dignæ sint hostias Deo immolare, et languidos corpore et spiritu curare: et plenæ sint misericordiæ. Per oleum enim quod infirmitatem fugat, salutem et lucem ministrat, curatio et misericordia et bonorum operum lux designatur. Debent enim sacerdotes tantis pollere virtutibus, ut quoscumque orando tetigerint, vel pro quibuscumque oraverint, saluti restituant, eorumque bona opera coram hominibus ad eos accendendos, juxta Dominicam vocem, luceant. Balsamum quod miro odore fragrat, virtutum odorem designat. Ait enim apostolus, 'Christi bonus odor sumus.' Sacerdos enim Dominus fuit, cum seipsum, in cruce pendens, vivam hostiam summo Patri pro salute populi sui obtulit. De ipso enim ait propheta: 'Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.'

"*Postea episcopus, inclinatis humiliter coram se, imponat manum super capita eorum: et omnes presbyteri qui adsunt, pariter cum eo: solo pontifice dicente:*

Oremus, dilectissimi, *etc.*" *Pontif. Winton.*

[71] This is a duty which has been, since the beginning of the Christian Church, always appropriated to the priesthood: nor is it within the power of the Church to extend it to any inferior order, much less to permit it to the laity. Upon a subject which has been so frequently discussed in all its details, I shall do no more than remind the reader of the 15th canon of the 1st Council of Arles in the year 314, directed against the unhallowed usurpations of certain deacons. "De diaconibus, quos cognovimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere." *Mansi. Tom.* 2. *col.* 473. And the irrefragable authority of the Council of Nice: "Ἦλθεν εις την άγιαν και μεγαλην συνοδον, ότι εν τισι τοποις και πολεσι, τοις πρεσβυτεροις την ευχαριστιαν όι διακονοι διδοασιν,

Benedicente eos episcopo postea,[74] *et manum super capita eorum tenente, et nihil eis dicente, et una manu*

ὥσπερ οὔτε ὁ κανων οὔτε ἡ συνηθεια παρεδωκε, τους εξουσιας μη ἐχοντας προσφερειν, τοις προσφερουσι διδοναι το σωμα του Χριστου." *Canon.* xviij.

[72] "S. Ephrem in sermone de timore Dei, inquit, 'Honora sacerdotem, atque presbyteros, ut in te benedictio oris ipsorum perveniat.' De S. Antonio abbate refert in ejus vita S. Athanasius, quod episcopis quoque ac presbyteris ad benedicendum se caput submitteret. Porro cum sacerdotes consecrentur, ut sint præcipui Christi ministri, ut ait Apostolus in Epist. 1. ad Cor., et dispensatores mysteriorum Dei; ac præterea cum per benedictiones dispensentur gratiæ, et dona Dei; merito Ecclesia adnexuit ordini presbyteratus munus benedicendi; ita ut soli sacerdotes sint ministri benedictionum.—— Hinc etiam iis, qui ob crimina presbyterali gradu moverentur, seu dignitatis suæ diminutione plecterentur, benedicendi facultatem ademptam legimus: nam S. Basilius in epist. can. ad Amphilochium, canone xxvij, decernit presbyterum, qui per ignorantiam nefariis nuptiis implicatus est, esse quidem cathedræ participem, ut scilicet cum aliis presbyteris sedere posset: 'ut is autem aliis benedicat, qui sua debet vulnera curare,' non esse consentaneum.——Tandem in iis verbis concludit: 'Nec ergo publice, nec privatim benedicat, nec Christi corpus aliis impertiat; nec aliquod aliud sacrum ministerium obeat.'" *Catalani. in pontif. Tom.* 1. *p.* 127.

The same writer observes: "Sane cavendum summopere est sacerdoti, ne benedictiones, quæ ad majoris dignitatis officium pertinent, temere, vel imperite usurpet. Sunt enim in missali, et rituali nonnullæ benedictiones, quæ non ad sacerdotes simpliciter, sed vel ad episcopum, vel ad alios facultatem habentes spectant." The student should refer to the "Dissertation on the Occasional Offices," in *Vol.* 1. *p.* ccxlviij. cclxiv.

[73] This word is not added in many pontificals, in this or corresponding admonitions: compare the modern Roman use. It is not easy to say whether it was an unnecessary addition, and that all which it signified was already included in the term "offerre;" hence therefore its omission; but the reader may gather its meaning from the following canon of a council under Louis I.: which is important also in its bearing upon other parts of this admonition. "Presbyteris enim, sicut episcopis, dispensatio mysteriorum Dei commissa est: præsunt enim ecclesiæ Christi; et in confectione divini corporis et sanguinis con-

tangente, et omnes presbyteri qui præsentes sunt, manus suas super capita eorum levatas teneant.[75]

Sequitur præfatio sacerdotum, cum nota, stando.

Oremus, dilectissimi, Deum Patrem omnipotentem, ut super hos famulos suos,[76] quos ad presbyterii munus elegit, cœlestia dona multiplicet,[77] et quod ejus dignatione suscipiunt, ipsius consequantur auxilio.

---

sortes cum episcopis sunt; similiter et in doctrina populorum, et in officio prædicandi." *Synodus Aquisgranensis.* Can. vij.

[74] Again, we find almost these same words, in the often quoted Carthaginian council. "Presbyter cum ordinatur, episcopo eum benedicente, et manum super caput ejus tenente, etiam omnes presbyteri qui præsentes sunt, manus suas juxta manum episcopi super caput illius teneant." *Can.* ij. I need scarcely remind the reader of the charge given to Timothy by S. Paul: and the allusion to his own ordination. The imposition of the hands of the attendant priests, together with the bishop's, is thus to be traced to the primitive and apostolic ages; but not as an essential rite: never having been considered in any other respect than as adding to the solemnity of the ordination, and as a mark of reception into the sacred brotherhood of priests.

It has been asked, however, with regard to the imposition of hands by the bishop, why this is necessary, having already been observed in the ordination to the diaconate. Catalani (*Comment. in pontif. Tom.* 1. *p.* 130) says this is an ancient difficulty, and we certainly find it met not only by Durand, but by Amalarius as early as the 9th century: I quote the answer of this last author, who, it may be remarked, is followed by Durand (*Lib.* 2. ix. 15) almost word for word. "Quare hoc? nisi quia per consecrationem de opere ad opus transit, sicut de ministerio diaconi transit ad immolationem sacerdotalem. Quoniam nec illud opus, nec illud possumus agere, nisi dono gratiæ Dei adjuti, ut ait apostolus. Repetitur manus impositio, ac sic deprecatio primi operis transit ad deprecationem secundi." *De ecc. off. Lib.* 2. *cap.* 12.

[75] "*Postea episcopus populum commoneat, dicens sine nota:* Commune votum communis oratio, *etc.*" *Pontif. Exon.* See above, Note 61.

[76] "quorum nomina hic recitantur." *Pontif. Winton.*

[77] "Per Christum." *Pontif. Winton.*

Oremus.

Diaconus.

Flectamus genua. Levate.

Oratio.

Exaudi nos, quæsumus Domine, Deus noster, et super hos famulos tuos bene✠dictionem Sancti Spiritus, et gratiæ spiritualis[78] effunde virtutem: ut quos tuæ pietatis aspectibus offerimus consecrandos, perpetua muneris tui largitate prosequaris: *non terminando secrete:* Per Dominum nostrum, Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate.

Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Sursum corda.

Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro.

Dignum et justum est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine sancte Pater omnipotens, æterne Deus: Honorum dator, et distributor omnium dignitatum, per quem proficiunt universa, per quem cuncta firmantur, amplificatis semper in melius naturæ rationalis incrementis, per ordinem congrua ratione dispositum. Unde et sacerdotales gradus, atque officia levitarum, sacramentis mysticis instituta creverunt, ut cum pontifices summos regendis populis præfecisses, ad eorum societatis et operis adjumentum, sequentis ordinis viros et secundæ dignitatis eligeres. Sic et in eremo per septuaginta virorum prudentium mentes, Moysi spiritum propagasti; quibus ille adjutoribus usus in populo, innumerabiles

---

78 "Et gratiæ sacerdotalis." *Pontif. Winton.* et *Exon.*

multitudines facile gubernavit. Sic et in Eleazarum et Ithamar filios Aaron, paternæ plenitudinis abundantiam transfudisti; ut ad hostias salutares et frequentioris officii sacramenta, ministerium sufficeret sacerdotum: hac providentia, Domine, apostolis Filii tui doctores fidei comites addidisti; quibus illi orbem totum secundis prædicationibus impleverunt. Quapropter infirmitati quoque nostræ, Domine quæsumus, hæc adjumenta largire, qui quanto fragiliores sumus, tanto his pluribus indigemus. Da, quæsumus omnipotens Deus, in hos famulos tuos presbyterii dignitatem, et innova in visceribus eorum spiritum sanctitatis, ut acceptum a te, Deus, secundi meriti munus obtineant, censuramque morum exemplo suæ conversationis insinuent. Sint providi[79] cooperatores ordinis nostri, et eluceat in eis totius forma justitiæ, ut bonam rationem dispensationis sibi creditæ redditturi, æternæ beatitudinis præmia consequantur: *terminando secrete:*

Per eundem Dominum. In unitate ejusdem.

Hic reflectat episcopus stolam super humerum eorum dextrum ad pectus,[80] *dicens eis per singulos, sine nota:*

---

[79] "Sint probi cooperatores." *Pontif. Winton.* The earlier, and probably the true reading. The modern Roman use has adopted "providi."

[80] As the corresponding rubric of the Roman pontifical explains the meaning of the somewhat obscure one in the text, I insert it here, "*Pontifex——reflectit orarium, sive stolam ab humero sinistro cujuslibet, capiens partem quæ retro pendet, et imponens super dexterum humerum, aptat eam ante pectus, in modum crucis.*"

The stole, in the ordination of priests, is not noticed in the Gregorian sacramentary, or in other of the early pontificals of foreign churches: and *Martene's* conjecture is probably correct, that it was considered unnecessary to repeat this rite. But it would seem that in this case also we have another remnant of the pri-

Accipe jugum Domini: jugum enim ejus suave est,

mitive Use of the British Church: for in those very ancient pontificals of Egbert and S. Dunstan, which I before spoke of, we find the stole appointed to be delivered again to priests: and it must be remembered that these MSS. carry us up to almost the time when the first Saxons were converted, and communion again sought for with the British Church. The first rubric in those pontificals, is:

"*Presbyter cum ordinatur, circumdentur humeri ejus cum stola ab episcopo.*"

On account of the importance of it, and the great authority of these English pontificals, I extract here also the rest of this rubric: "*Et ibidem tituletur specialiter ad qualem ecclesiam debeat ministrare, et benedicente eum episcopo, manum super caput ejus ponat. Similiter et presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas juxta manum episcopi super caput illius teneant et componant.*"

But to return to the stole: it was not long before the custom of the English Church was introduced into France, and from thence probably into other countries. For we find the stole recognized as a peculiar part of a priest's vestments, as early as the beginning of the 9th century; and this, not only when engaged in the performance of his duties, but as a distinction to be attached to his constant dress: and it would naturally follow, that a solemn investiture should form a part of the solemnities of ordination. Thus we have these canons: (cited by Martene, *Tom.* 2. *p.* 23.) "Presbyteri sine intermissione utantur orario propter differentiam sacerdotii dignitatis." *Conc. Mogunt. can.* 28. A.D. 813. "Presbyteri non vadant nisi stola vel orario induti." *Conc. Tribur. can.* 26. And John of Salisbury tell us, in his life of Thomas a Becket, "stolam jugum Christi suave circa collum diebus ac noctibus habebat."

That this was the general symbolical meaning of the stole, is clear from many writers. Alcuin says: "Orarium, id est, stola, dicitur eo quod oratoribus, id est, prædicatoribus concedatur. Admonet illum, qui illo induitur, ut memor sit, sub jugo Christi, quod leve et suave est, esse se constitutum." *Cap.* "Quid significent vestimenta." *Edit.* Hittorpius. p. 77. Again, Amalarius: "Per stolam designatur onus leve ac suave, de quo Dominus dicit: *Tollite jugum meum*, etc. Per jugum, evangelium intelligimus. — In eo quod stola ad genua tendit, quæ solent curvari causa humilitatis, hoc intelligimus, quod Dominus dicit: *Discite a me, quia mitis sum et humilis corde.* Sciat se diaconus in stola super-

et onus ejus leve.[81] Stola innocentiæ induat te Dominus.[82]

Pax tecum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Hic vestiat eos casula circa humeros,[83] *tantum dicens ad unumquemque :*

Accipe vestem sacerdotalem, per quam caritas intelligitur : potens est enim Deus augere tibi caritatem, et opus perfectum.[84]

---

posita collo, ministrum evangelii esse, non præpositum." *De ecc. off. Lib.* 2. *Cap.* 20. To the same purpose also, Durand, in his *Rationale, Lib.* 3. *Cap.* 5: whom it is unnecessary to quote: except this sentence: "stola ab humero sinistro sacerdotis in dextrum dum ordinatur, reflectitur, quia cum obedientia incipiat ab activa per dilectionem proximi, transit in contemplativam vitam per dilectionem Dei." §. 3. But the reader who wishes to discover more of the mystical significations of the stole, and other ecclesiastical vestments, will find enough to repay (?) his labour in this third book of Durand.

[81] The Winchester MS. places this sentence, after the investing with the chasuble, and the form, 'Accipe vestem."

The Bangor MS. omits the form "Accipe vestem."

The Exeter pontifical reads:

"——,,—— onus ejus leve. Pax tecum. *Resp.* Et cum spiritu tuo. *Postea imponat cuilibet successive casulam usque ad scapulas, quam quilibet teneat sic complicatam a parte anteriori deorsum dependentem, dicens cuilibet:* Stola innocentiæ induat te Dominus. *Resp.* Deo gratias. *Episcopus subjungit in fine:* Accipe vestem, *etc.*"

[82] The form in the pontificals of Egbert and Dunstan was: "stola justitiæ circumdet Dominus cervicem tuam, et ab omni corruptione peccati purificet Dominus mentem tuam."

[83] In the Dunstan and other earliest English pontificals, the chasuble was not put on until after the anointing had been completed. The following, in some MSS., are the rubric and form of words: "*Et induat casula, et dicit episcopus:* Per hæc indumenta stolam et casulam salutis indui merearis æternæ perpetuitatis plenitudinem, cum sanctis sacerdotibus Christo ministrantibus: ut præmia feliciter capessere valeas repromissa. Per."

[84] "Casula quæ super omnia

Resp. Deo gratias.

Sequitur consecratio cum,[85]

Dominus vobiscum.

Oremus.

Oratio. Deus, sanctificationum[86] omnium auctor, cujus vera consecratio, plenaque benedictio est, tu, Domine, super hos famulos tuos, quos presbyterii honore dedicamus, munus tuæ benedictionis effunde: ut gravitate actuum et censura vivendi probent se esse seniores, his instituti disciplinis, quas Tito et Timotheo Paulus exposuit, ut in lege tua die ac nocte meditantes, quod legerint credant, quod crediderint doceant, quod docuerint imitentur; justitiam, constantiam, misericordiam, fortitudinem, cæterasque virtutes in se ostendant, exemplo probent, admonitione confirment, ac purum et immaculatum ministerii sui donum custodiant: et per obsequium plebis tuæ, panem et vinum in corpus et sanguinem Filii tui sancta et immaculata benedictione transforment, et inviolabili caritate, in

---

indumenta ponitur, significat charitatem, quæ alias virtutes excellit." *Alcuin.* ut supra. And see *Durand. Lib.* 3.

[85] "*Benedictio, vel consecratio, manuum sacerdotis ante unctionem chrismatis;*

"Benedic, Domine, et sanctifica has manus sacerdotum tuorum *N.* ad consecrandas hostias, quæ pro delictis atque negligentiis populi offeruntur; et ad cætera benedicenda quæ ad usus populi necessaria sunt; et præsta, quæsumus, ut quæcunque benedixerint, benedicantur, et quæcunque sacraverint, sacrentur, Salvator mundi: Qui vivis et regnas, Deus. Per.

"*Consecratio manuum sacerdotis de oleo et chrismate:*

"Consecrare et sanctificare, etc." *Pontif. Winton.*

[86] This prayer is in the sacramentary of S. Gregory, and other MSS. In the pontificals of Egbert and Dunstan it is entitled "*Consummatio presbyteri:*" which, in sense, is retained in the Winchester pontifical, as the reader will observe in the note below.

virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, in die justi et æterni judicii, conscientia pura, fide plena, Spiritu Sancto pleni persolvant. Per eundem. In unitate ejusdem.

Expleta autem hac oratione,[87] *genuflectendo coram altare incipiat episcopus hymnum.*

Veni Creator Spiritus. *etc.*[88]

---

[87] "*Qua dicta, episcopus cum omnibus ministris suis ante altare in medio genuflectat, cantando hymnum,* Veni Creator Spiritus. *Et chorus prosequatur. Et incipiat episcopus cum suis ministris quemlibet versum illius hymni, et chorus prosequatur. Hymno dicto sedeat episcopus, sicut prius, et perungat oleo sancto chrismate mixto in patena, manus cujuslibet sacerdotis ordinandi, a pollice dextro ad indicem manus sinistræ: deinde ab indice dextro ad pollicem sinistram, dicens:* Consecrare et sanctificare, *etc.*" *Pontif. Exon.*

The Bangor MS. after the hymn "Veni Creator," directs:

"*Postea accipiat oleum sanctum, cui misceatur chrisma, pro eo quod in consecratione chrismatis fit mentio de ordinibus ecclesiasticis per ipsum perficiendis: et faciens crucem super ambas manus, dicat singulis:* Conse ✠ crare, et sancti ✠ ficare, *etc.*"

[88] This hymn is not appointed in the Winchester pontifical, and it would appear that it was introduced into this part of the offices of the Western Church late in the xith century. The earliest MS. in which it has been found, is (I believe) a pontifical "ad usum ecclesiæ Suessionensis," of about that date, and from which Martene has printed his "vij. ordo." *Tom.* 2. *p.* 50. That manuscript seems to have been remarkably deficient in rubrics, but after the form "Consecrare" is added "Veni Creator Spiritus."

"Hymno 'Veni Creator' quo Spiritus Sanctus invocatur, ex veterum sententia singularis quædam vis inest. Præterea S. Trinitati tam gratus est ut, si mens concordet voci, Spiritus Sanctus non possit quin cum septem suis muneribus cantantibus adveniat. Septem dona Spiritus Sancti sunt timor, pietas, scientia, fortitudo, consilium, intellectus, sapientia. Unde versus:

"Sap. intel. con. for. sci. pi. ti. collige dona."

Daniel. Thes. Hymnol. *Tom.* 1. *p.* 215. Cf. *Clichtoveus.* Elucidatorium. *p.* 40.

Dicto hymno, omnibus surgentibus, episcopus stando benedicat manus ordinandorum expansas, cum nota.

Dominus vobiscum.

Oremus.

Bene✠dic et sancti✠fica, Domine, has manus sacerdotum tuorum ad consecrandas hostias, quæ pro delictis atque negligentiis populi offeruntur: et ad cætera benedicenda, quæ ad usus ejus necessaria sunt. Per Christum.

Quæ quædam oratio potest dici vel dimitti ad placitum episcopi.

Postea[89] *episcopus, depositis chirothecis, et resumpto*

---

89 I have spoken somewhat already in the preliminary dissertation upon the rite of unction. Here I shall observe that the earlier practice of the English Church, as shewn by the pontificals of Egbert and Dunstan, was to anoint the head also: the order of the first is: "*Consecratio manus:* Benedic, Domine, et sanctifica has manus, *etc. Faciens crucem sanctam de chrismate in manibus ejus, dicis:* Consecrentur manus istæ: *etc. Consecratio capitis oleo:* Unguatur et consecretur caput tuum cœlesti benedictione in ordine sacerdotali, in nomine Patris, et Filii, et Spiritus Sancti. Amen. Pax tibi. Et cum spiritu tuo." With which in that MS. the ordination of priests concludes. The Dunstan pontifical, as I have just said, also anoints the head, with the same form of words: but it omits the rubric as to the sign of the cross, and proceeds afterwards to direct the investing with the chasuble, and some other prayers. From the omission of all notice of this rite in the Winchester pontifical, we may conclude that it was omitted by the English Church about the 10th or 11th century.*

In the same way with the other, if I may so say, primitive customs of the English Church, above spoken of, this rite also seems to have been introduced for a time into some of the churches of France. Two early MSS. (of about the 9th century,) are shewn

---

* This however admits of doubt, if a manuscript, said by Martene, *Tom.* 2. *p.* 23. to have belonged to Archbishop Thomas à Becket, really was his: for in that also, the same rite is ordered.

annulo sedeat, et expansa toballia super genua accipiat oleum sanctum, cui misceatur chrisma, pro eo quod in consecratione chrismatis fit mentio de ordinibus ecclesiasticis per ipsum perficiendis: scilicet, quando episcopus incipit, Conse✠crare et sancti✠ficare digneris, Domine Deus, manus istas, *faciat cruces singulas ad illa duo verba, super manus sacerdotis, et intingat pollicem manus dexteræ suæ in oleo et chrismate commixtis super patenam in bombace seu cotone; dicendo hæc verba,* Per istam unctionem, *faciat crucem super manus sacerdotis cum dicto oleo et chrismate, et ungendos incipiendo crucem unctionis intra manus sacerdotis a principio pollicis manus dexteræ presbyteri, usque ad finem manus sinistræ indicis sacerdotis. Item incipiendo in secunda unctione, complendo crucem a principio indicis manus dextræ presbyteri usque ad finem pollicis manus sinistræ.*

Sequitur consecratio manuum sacerdotis.

Conse✠crare et sancti✠ficare digneris, Domine, manus istas per istam unctionem et nostram bene✠dictionem, ut quæcunque consecraverint conse✠crentur, et quæcunque benedixerint benedicantur, et sanctificentur, in nomine Domini nostri, Jesu Christi.

Postea[90] *lavet manus suas si voluerit, vel imponatur*

---

by Martene, in his extracts from them, to have adopted it.

[90] "*Deinde patenam cum oblatis, et calicem cum vino det singulis, dicens ad eos lenta voce:* Accipite (*sic*) potestatem, *etc.*" *Pontif. Winton.*

"*Hoc facto, accipiat patenam cum oblatis, et calicem cum vino, et det singulis, ita dicens:* Accipe potestatem, *etc.*" *Pontif. Bangor.*

"*Et jungat manus eorum, et sic teneant manus suas junctas usque in finem missæ, quibus taliter expeditis, episcopus manus lavet, et post tradet cuilibet calicem, cum vino et aqua, et patenam superpositam cum hostia, quem accipiant inter indices*

digitale .i. ponsir. [?] quousque lavat manus suas. Quo facto, accipiat patenam cum oblatis et calicem[91] *cum vino, et det singulis, inter indices et medios digitos, cuppam calicis cum patena, remanentibus manibus junctis, ita dicens sine nota, et eos circueundo:*

Accipe potestatem offerre sacrificium Deo, missamque celebrare tam pro vivis quam pro defunctis. In nomine Domini Jesu Christi.

Resp. Deo gratias.

Tunc vertat[92] *episcopus, et dicat offertorium.*

---

et medios digitos, primo videlicet pedem calicis, et post hostiam in medio patenæ, dicens cuilibet; Accipe potestatem. *etc.*" *Pontif. Exon.*

[91] The student will find some observations on this part of the office in Martene and Morinus, to which I must refer him: and merely remind him, that no mention of this rite is made in the English pontificals, before the xi th century. Nor is it to be found in the early sacramentaries of Gelasius, or Gregory: or in the often quoted canons of the iv th Carthaginian council.

[92] "*Tunc dicat episcopus* Dominus vobiscum. Oremus. *Canteturque offertorium, totamque celebret missam usque ad benedictionem.*" Pontif. Bangor.

"*Post hæc procedat in missa.*" Pontif. Exon.

The Winchester pontifical is very different from the other three, from hence to the end of the office: and I extract the remainder entire, as it is in that ancient MS. It thus proceeds, after the form "Accipite potestatem." see above, Note 90.

"*Ad consummandum presbyteratus officium.*

"Sit nobis, fratres, communis oratio, ut hi qui in adjutorium et utilitatem nostræ salutis eliguntur presbyteri, benedictione Divini muneris indulgentiam consequantur; et gratia Sancti Spiritus sacerdotalia dona privilegio virtutum, ne impares loco honoris deprehendantur, obtineant. Per eum qui vivit.

Item oratio. Oremus.

Deus sanctificationum omnium auctor, cujus vera consecratio, *etc.* (*ut supra.*)

"*Sequitur ultima benedictio.*

"Benedictio Dei Patris, et Filii, et Spiritus Sancti descendat super vos, ut sitis benedicti in ordinem sacerdotalem; offerentes placabiles hostias pro peccatis et

Dominus vobiscum.

Oremus.

Offert. Exulta filia Sion: prædica filia Hierusalem: ecce Rex tuus venit tibi sanctus, et Salvator.

Vers. Loquetur pacem gentibus, et potestas ejus a mare usque ad mare, et a flumine usque ad terminos orbis terræ.

Dum cantatur offertorium,[93] *ponantur tot hostiæ quot*

---

offensionibus vestris, et populi, omnipotenti Deo, cui est honor et gloria in sæcula sæculorum. Amen.

"Pax Domini sit semper vobiscum.

"*Et osculetur singulos. Et omnes qui ordinandi sunt, (sic) oblationes deferant ad manus episcopi, nec aliquis abscedat, donec missa perfiniatur.*

"*Benedictio in missa ordinationis clericorum, in quocunque tempore ordinentur.*

"Deus, qui de diversis ordinibus sanctam suam ecclesiam collocavit in unius fidei fundamento, corda vestra ad exequenda mandatorum suorum præcepta consociare dignetur unitatis vinculo. *Amen.*

"Sicque vos altaris sui ministros efficiat, ut bonorum operum forma aliis effecti, et de ejusdem servitutis obsequio remuneramini, et ejus templum jugiter esse mereamini. *Amen.*

"Quatenus corpore et mente in conspectu illius placentes, et de animarum lucro sanctarum gaudeatis, et ab eo præmium vitæ æternæ percipere valeatis. *Amen.*

"Quod ipse. Benedictio."

[93] I must remind the student, that the whole of the office of the mass, including the secrets, and the canon, is now said in the Roman Church, so that the newly ordained priests may hear: not as is usual, in a tone so low, that none can hear except the priest who celebrates. The modern pontifical has a rubric to this express effect: "*Secretas morose dicat, ut ordinandi ad sacerdotium possint illas cum eo dicere, debent enim ex consuetudine concelebrare, et etiam verba consecrationis proferre.*" I mention this, because the points involved in this practice, though it be an exception, are of very high importance: more especially, the repetition, by all, of the words of Consecration. There is moreover evidence, that in the early ages, priests not only at their ordination, but at other times, and throughout the Christian world, celebrated the Divine Service to-

sufficiant presbyteris ordinandis ad communicandum.[94]
Tunc dicat episcopus:
Quid retribuam Domino: *more solito.*

---

gether with the Bishop. See *Morinus* de sacr. ordin. *Part.* iij. *Dissert.* 8. *Cap.* 1. *Catalani,* in Pontif. Rom. *Tom.* 1. *p.* 46. and *Martene. Tom.* 2. *p.* 24.

The chief point, as I need scarcely remind the student, involved in this matter, is its bearing upon the question of the consecration of the sacred elements, by the mere repetition of the words of Institution. I must refer him to my Preface to the Ancient Liturgy, (*p.* c. et seqq: 2nd Edit.) where he will find this subject discussed. There can be no doubt that both in the Eastern and Western Churches, the practice of "concelebration," as I have stated above, was on certain occasions allowed; nor are any difficulties involved in it, until we are asked to consent to that novel figment, that by the mere words of Institution only, and by them alone, the Holy Eucharist is consecrated. Then certainly, steps in this question: one, which the Roman doctors see the force of, but fail to explain: the doubt is this; (I use the words of Catalani) "An presbytero cum episcopo concelebranti adscribi debeat consecratio, si ante episcopum verba consecrationis protulerit?" *In pontif. Rom. Comment. Tom.* 1. *p.* 142. He answers it, by making the whole effect depend upon *Intention:* and cites Pope Innocent III. whose words are: "Sane dici, et responderi probabiliter potest, quod sive prius, sive posterius proferant sacerdotes, referri debet eorum intentio ad instar prolationis episcopi, cui concelebrant." *Lib.* IV. de mysteriis missæ. It will be observed that the pope speaks doubtfully: and as Catalani is himself obliged to allow, many great writers attempted to get rid of the difficulty, by proposing the entire abrogation of the custom: or at least, that the words of Institution should be repeated by the celebrant alone. Among these were *Durand* (in IV. Distinct. xiij. Quæst. iij.,) who plainly says that Innocent decides "ut doctor, et non ut papa:"—*Cajetan* in iij. part. S. Thomæ. Quæst. lxxxij. and *Gabriel Biel,* in Canon Missæ: lect. vj. To these may also be added Morinus, who declares that the general practice once allowed had very properly been restricted, "præsertim cum mos ille fuerit doctoribus scholasticis innumerarum difficultatum seges amplissima, nonnullis asserentibus hoc fieri posse, aliis negantibus, aliis certos quosdam possibilitatis modos et terminos excogitantibus; omnibus deinde ut sese ab adversariorum telis

Postea episcopus fricet digitum suum cum pane, deinde abluat manus. Ablutis manibus, episcopus revertat se altare, ad divinum officium exequendum.

Secretum.

Super has hostias fidelium, Domine quæsumus, propitio vultu respice, et quia nostris meritis non valemus, his potius muneribus tuo occursui commendemur.

Aliud secretum.

Tuis, quæsumus Domine, operare mysteriis, ut hæc tibi munera dignis mentibus offeramus. Per Dominum nostrum.

Præfatio quotidiana.

Deinde dicat episcopus totam missam usque ad benedictionem dandam:[95] *post* Per omnia sæcula sæculorum, *Ante* Agnus Dei *dicat diaconus:*

---

tuerentur, novas et involutas reculas, ὑπηνέμιους και ἀνεμοφορήτους cudentibus et recudentibus." And he proceeds to cite a whole host of schoolmen, and others. *De S. Ordin: pars.* iij. *p.* 126.

[94] After the Cup was denied to the laity, and to all in fact except the officiating priest, for some time it was usual at ordinations to communicate all who had been ordained, in both kinds. Thus a pontifical cited by Martene directs the communion to be given: and the next restriction seems to have been, that in both kinds was to be allowed only when the Pope himself ordained. I think it well to quote this from a MS. Roman pontifical in the Colbertine library, as printed by Martene, *Tom.* 2. *p.* 85.

"*Post communionem vero pontificis, ante perfusionem, ordinati flexis genibus, facta confessione, et osculata dextra pontificis, sacram communionem recipiunt de manu pontificis, recipiendo osculum pacis ab eo, scilicet presbyteri et diaconi: sanguinem autem recipient de manu diaconi qui cantavit evangelium, et redeunt ad loca sua circa altare. Si alius a papa ordinationem faciant, communicabunt omnes sacerdotes primo, diaconi secundo, et subdiaconi tertio de corpore Domini tantum, et non de sanguine.*"

[95] "*Ad benedictionem dicat diaconus,* Humiliate. *etc.*" *Pontif. Bangor.*

"*Sequatur solemnis benedictio.*" *Pontif. Exon.*

Humiliate vos.

Tunc, dimisso corpore Christi super patenam, convertàt se ad populum, et accepto baculo det benedictionem istam, vel aliam tempori competentem :

Omnipotens Deus sua vos clementia benedicat,[96] et sensum in vobis sapientiæ salutaris infundat. Amen.

Catholicæ fidei vos documentis enutriat, et in sanctis operibus perseverabiles reddat. Amen.

Gressus vestros ab errore convertat, et viam vobis pacis et caritatis ostendat. Amen.

Quod ipse præstare dignetur, cujus regnum et imperium sine fine permanet: in sæcula sæculorum. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris ✠ et Filii ✠ et Spiritus ✠ Sancti, descendat super vos et maneat semper. Amen.[97]

Deinde dicat episcopus :

Et pax ejus.

Post communionem episcopi, sacerdotes accedant ad communicandum.[98]

Postea dicatur communio.

---

[96] "Bene ✠ dicat." *Pontif. Bangor.*

[97] "*Data benedictione, accedant ad pacem, et communionem sacerdotes et levitæ si voluerint: antequam dicatur collecta ad complendum, ponat episcopus manus super capita singulorum, dicens ;* Accipe Spiritum, *etc.*" *Pontif. Bangor.*

"*Dicto* Agnus Dei, *et postquam episcopus fuerit communicatus, communicet sacerdotes si voluerit : et postea induat chirothecas et mitram, et teneat in manu sinistra baculum pastoralem, et ponat manum dextram super caput cujuslibet sacerdotis, dicens :* Accipe Spiritum, *etc.*" *Pontif. Exon.*

[98] We cannot conclude from this obscure rubric, whether the communion was to be administered in one, or in both kinds.

Nor does the English pontifical make any mention of a custom

Exultavit ut gigas ad currendam viam: a summo cœlo egressio ejus, et occursus ejus usque ad summum ejus.

Antequam[99] *dicatur postcommunio, ponat episcopus manus suas super capita singulorum, dicens:*

Accipe Spiritum Sanctum: quorum remiseris pec-

---

which was probably nevertheless observed, of kissing the hand of the bishop, before communion. The modern pontifical of the Church of Rome has inserted a rubric to that effect, and *Durand* in his Rationale speaks of it as the common practice in his time. *Lib.* 2. *Cap.* x. But with this difference; and it would be curious to discover whether such was the practice continued in the Church of England: viz.: that the bishop kissed each newly ordained priest, but the others, deacons, &c., kissed the bishop's hand. And the reason he gives for this, is important, and will excuse, I trust, the length of this note. "Quia pontifex osculando sacerdotem denotat, quod ille ad æqualitatem Ordinis recipitur, quantum ad sacramentum Eucharistiæ consecrandum, quod est sacramentum amoris, quod per osculum significatur. Diaconus vero, et subdiaconus non recipiuntur ad talem æqualitatem, sed ad imitationem bonæ operationis, *etc.*"

[99] In this place, the modern Roman pontifical has inserted this rubric. "*Incepto responsorio, pontifex, accepta mitra, vertit se ad presbyteros ordinatos, qui ante altare coram ipso stantes profitentur fidem, quam prædicaturi sunt dicentes:* Credo in Deum. *etc.*" This does not appear to be an improper addition to the old office, although the reason why it should have been placed here, is not very obvious. There is no ancient authority whatever for its introduction, except one pontifical of the 13th century, cited by Catalani, (*Comment. in Pontif. Rom. Tom.* 1. *p.* 148.) in which the Creed is ordered to be said, before the ordination service commenced. But there is a canon of the eleventh council of Toledo: "Ut unusquisque qui ad ecclesiasticos gradus est accessurus, non ante honorem consecrationis accipiat, quam placiti sui innodatione promittat, ut fidem catholicam sincera cordis devotione custodiens, juste et pie vivere debeat, et ut in nullis operibus suis, canonicis regulis contradicat." *Concil. Mansi. Tom.* xi. *col.* 143.

cata, remittuntur eis: et quorum retinueris, retenta erunt.[1]

---

[1] This very important part of the office of ordination of priests, is, comparatively, of late introduction. I doubt whether any example of it is to be discovered earlier than the xijth century: and although it had been adopted into the use of the Church of Bangor, before the end of the next century, we have no trace of it in the Winchester pontifical. All the great ritualists have failed, and acknowledge it, in their search after earlier authority. Martene has cited an undoubtedly very remarkable passage, from the life of a bishop of Cambrai, who lived in the 10th century: where the writer is speaking of that bishop being ordained priest, and among other circumstances remarks; "Cumque ad manus impositionem pontificalis diceretur novo presbytero, 'Accipe Spiritum Sanctum, quorum remiseris peccata, *etc.*'" Martene's most just criticism is: "Verum quid unicum testimonium tot pontificalibus libris opponendum?" *Tom.* 2. *p.* 23.

For all the early pontificals omit this second imposition of hands; and explicit delivery of the power to remit or retain sins. It is not in the early English MSS. of Egbert or Dunstan, or the Winchester Use: it is not in any of the foreign Orders, printed by Martene, before the 12th century: it is not in the old Sacramentaries of S. Gregory, or Gelasius: nor, lastly, does one of the ancient ritualists, Isidore, or Amalarius, or Strabo, Alcuin, Micrologus, or Ivo Carnotensis, allude to it in the most distant terms.

With regard to the controversialists of the Roman Church, this fact places them in a considerable difficulty: and really I cannot help observing, how very numerous the difficulties are which an appeal even to the documents of "the dark ages," (not to say, the primitive ages,) thrusts them into. Because, unhappily, the Tridentine Council has authoritatively declared: "Si quis dixerit, per sacram ordinationem non dari Spiritum Sanctum; ac proinde, frustra episcopos dicere, 'Accipe Spiritum Sanctum;'——anathema sit." Sess. 23. *Canon.* IV. *Bellarmin* does not shrink from the undeniable conclusion which must be drawn from this canon (the reader will not forget that the first imposition of hands was given in silence; see above, p. 204.) and he plainly says: "Concilium declarat, tunc ordinari presbyteros, et tunc dari illis gratiam Spiritus Sancti, cum eis dicitur: *Accipite Spiritum Sanctum.* At cum hoc dicitur, manus impo

Tunc trahat unicuique casulam in sinu per scapulas, osculans eum,[2] *et dicens:*[3]

---

nuntur, ut patet ex pontificali, et ecclesiæ consuetudine; ergo sentiebat concilium, "*illam impositionem manus esse de essentia.*" *Opera. Tom.* 3. *p.* 613. *De Sacr. Ord. Lib.* 1. *Cap.* ix. Goar takes the same view. *Euchol. p.* 279. *note* 11. It is not necessary to quote other writers to the same effect: because in this case, it is not what a single doctor, or ten doctors have said, but what the Council of Trent has not feared seemingly to set its seal to: namely, this: that for 1000 years the service for the ordination of priests wanted *an essential* part.

The true explanation is, that, there being inherent in the priestly office, power over both the mystical and the eucharistical body of Christ, power, that is, to consecrate the sacred elements of Bread and Wine, and power to rule and to absolve the living members of the Church militant, this power was given entirely and at once, by the single and first imposition of hands. It was very wise in the revisers of our ordinal not to omit this lately added clause, "Whose sins thou dost forgive, they are forgiven; and whose sins thou dost retain, they are retained:" but it was still more wise and accordant with all ancient precedent both of opinion and practice, by uniting the two Forms, and restoring the one imposition of hands, to remove all doubts and difficulties upon the point.

[2] See above Note 98.

[3] The Roman rubric somewhat explains this: "*Deinde explicans casulam, quam unusquisque habet super humeros complicatam, induit illa quemlibet, singulis dicens:* Stola innocentiæ induat te Dominus." The form does not seem very appropriate.

Also in the modern Roman use, there here follows, as in our own ordinal in another place, an oath or promise of canonical obedience. The rubric is "*Et mox unusquisque iterum ad pontificem accedit, et genuflexus ponit manus suas junctas inter manus pontificis dicentis cuilibet, si suus est ordinarius,* Promittis mihi, et successoribus meis reverentiam et obedientiam? *et ille respondet:* Promitto." Both *Martene* and *Catalani* agree in the fact that this is a ceremony of late introduction, at least in this place, after communion. But for the act of promising obedience, by the priest to his bishop, at some time before, and generally immediately before, the rite itself of ordination, we have sufficient evidence. And the present ordinal of the Church of England, in this matter also, has returned to a most

Pax Domini sit semper tecum.

Et ordinandus [sic] respondeat:

Et cum spiritu tuo.

Et per manus[4] *commendet se orationibus eorum singulis, dicens:*

Ora pro me, frater.

Sequitur finalis benedictio cum nota stando, et ad eos converso:

Benedictio Dei Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus ✠ Sancti, descendat super vos, ut sitis benedicti in ordine sacerdotali, et offeratis placabiles hostias pro peccatis atque offensionibus populi, omnipotenti Deo: cui est honor, et gloria, in sæcula sæculorum. Amen.[5]

Quibus expletis, proponat eis episcopus stando sine nota:[6]

---

just and primitive observance.

Thus, Martene cites some pontificals of about the xith century, in which, at the commencement of the office, we find this question made by the bishop. "Vis episcopo tuo, ad cujus parochiam ordinandus es, obediens et consentiens esse, secundum justitiam et ministerium." To which the candidate is to reply, "Volo." But this learned writer might also have appealed to the same canon (the xth) of the Council of Toledo, A.D. 675, which I quoted above: "Placuit huic sancto concilio —— ut debitum per omnia honorem, atque obsequii reverentiam præeminenti sibi unusquisque dependat, juxta illud beati papæ Leonis edictum; Qui scit se quibusdam esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam quam exigit, etiam ipse dependat." *Concil. Mansi. Tom.* xi. *Col.* 143.

[4] "*Et episcopus complectens indices utriusque manus cujuslibet ordinati sacerdotis, osculando dicat:* Ora pro me, frater. *Et tunc redeat ad altare, et super ordinatos sacerdotes dicat benedictionem:* Benedictio Dei, etc." *Pontif. Exon.*

The Bangor MS. agrees with the text; except that it calls the benediction, "*communis benedictio.*"

[5] "*Et moneantur attente audire.*" Rubr. Pontif. Exon.

[6] It does not appear that this

Quia res quam tractaturi estis satis periculosa est, fratres carissimi, moneo ut diligenter et honeste totius missæ ordinem, et consecrationem, et fractionem, atque communicationem, ab aliis jam doctis sacerdotibus discatis, priusquam missam cantare præsumatis.[7]

Deinde[8] *archidiaconus injungat eis novem missas; videlicet, tres missas de Trinitate, tres de sancta Maria, pro statu universalis ecclesiæ, et tranquillitate regis et regni, et prosperitate domni, et tres missas de* Requiem,

---

admonition can be traced earlier than to the 13th century. Still there are many evidences which shew that the practice of diligently learning the duties of their office, before actually entering upon them, was common long before. Nor could the necessity of it be light, when we remember the intricacy and multitude of the rubrics which the newly ordained priests were to observe.

[7] "*Hic injungatur eis aliqua quotidiana pœnitentia, ps.* Ad te levavi*: vel aliquis alius psalmus. Hic incipiatur postcommunio. Restat ut dicatur collecta missæ ad complendum.*" Rubr. Pontif. Bangor.

"*Quo dicto, dicatur postcommunio.*" Rubr. Pontif. Exon.

[8] None of the early pontificals, or the ancient sacramentaries, have any notice to this effect; it is therefore of late introduction. The utmost, which appears in any of them to lead to it, is a simple and religious request by the bishop that the newly ordained should pray for him. But these directions to say certain prayers, psalms, or masses, which as the reader has seen, has been divided in the office in our text, into several admonitions by the archdeacon to each degree in the ministry, have been collected by the modern Roman pontifical, into one set form, to be solemnly pronounced by the bishop, after the postcommunion, and the blessing. I think it right to extract it, bearing, as it does, on much that has gone before.

"Singuli ad primam tonsuram, vel ad quatuor minores ordines promoti, dicite semel psalmos pœnitentiales, cum litaniis, versiculis, et orationibus. Ad subdiaconatum, vel diaconatum, nocturnum talis diei. Ad presbyteratum vero ordinati post primam vestram missam, tres alias missas, videlicet, unam de Spiritu Sancto, aliam de beata Maria semper virgine, tertiam pro fidelibus defunctis dicite, et omnipotentem Deum etiam pro me orate." *Pontif. Rom*

pro animabus patris et matris et pro salute omnium fidelium defunctorum, vel injungatur eis aliqua alia quotidiana pœnitentia, videlicet psalmus Ad te levavi *vel aliquis alius psalmus. Et domnus episcopus concedat indulgentiam quadraginta dierum omnibus audientibus eorum primas missas.*

His expletis, dicat episcopus postcommunionem:

Quæsumus Domine, Deus noster, ut sacrosancta mysteria, quæ pro reparationis nostræ munimine contulisti, et præsens nobis remedium esse facias et futurum.

Alia postcommunio.

Quos tuis, Domine, reficis sacramentis, continuis attolle benignus auxiliis, ut tuæ redemptionis effectum et mysteriis capiamus et moribus. Per Dominum.[9]

Deinde dicat diaconus:

Benedicamus Domino.[10]

---

[9] "Et sic finiatur missa: injungantur cuilibet tres missæ pro statu ecclesiæ, de Trinitate, de Sancto Spiritu, et de beata virgine Maria. Et quilibet ordinatus lavet manus suas cum sale et aqua, antequam exeat ecclesia: postea celebretur indulgentia xl dierum, omnibus primam missam eorum audientibus.

"Quando episcopus vult offerre minores ordines in dominicis vel in festis, responsoria, lectiones [?], dicta oratione principali, conveniant ante episcopum ordinandi, vocati et nomine sui singillatim, et unus archidiaconus, vel sacerdos, seu clericus, sonora voce, *Postulat.* Et cætera sicut in generalibus est dictum: tunc episcopus tradet illis claves ecclesiæ, et omnia alia quæ in generalibus ordinibus habentur, dimittendo lectiones, et gradualia, quæ tunc temporis non habentur." *Pontif. Exon.*

[10] This of course would not be said at times when the "Ite, missa est," was, according to the use of Salisbury, the appointed form. The student should refer to "*the Ancient Liturgy*," (second edit:) p. 136. *note* 80. And here I would again remind him, that all those parts of the text, which refer to the communion service of the day, the collects, gradual, epistle, secrets, &c., would also change according to the proper requirements of the season at which the ordinations took place.

Postea dicat episcopus : Placeat tibi Sancta Trinitas : *et cætera, more solito. Missa completa, recedant sacerdotes ad lavandum manus.*[11]

Iste modus prædictus servetur in omnibus aliis ordinibus subsequentibus.[12]

---

[11] This washing of the hands of the priests, is directed to be done according to the modern use of the Church of Rome, in the middle of the office. "*Interea dum offertorium cantatur, vel etiam prius, ordinati sacerdotes poterunt lavare manus suas cum medulla panis, et aqua bene mundare, atque extergere mappulis illis, quibus ligatæ erant, et aqua ablutionis hujusmodi projiciatur in sacrarium.*" Rubr. Pontif. Rom. No direction to this effect is to be found in the early pontificals, and it was introduced, as a consequence of the extreme reverence which began in the middle ages to be paid to the consecrated oil, whether chrism or not, which was used in the unction. To the same purpose, were the careful directions, which were so frequently repeated as to the unction at confirmation; see *Vol.* 1. *p.* ccxiv: and above, as to coronations, p. 24.

[12] That is, at the other Ember days, or seasons of general ordinations. The Salisbury pontifical, from which the text is taken, contains, which is not the case with all pontificals, the variations of lections, epistles, gospels, collects, &c., according to the different times of the year. Each of them, as it occurs in its place in the manuscript, referring back to this office of the Ember-day in Advent, for those portions of it which related to the ordination itself, and were unchangeable.

Appendix.

Admonitio informatoria episcopi ad primam tonsuram recipientes, et ad omnes alios ordines.

Informatio de prima tonsura clericali, et sumitur de verbis magistri Hugonis de Sancto Victore, libro de sacramentis.[1]

PRIMUM signaculum clerici est corona, quia per hoc signum eligitur in partem sortis ministerii divini, cui servire regnare est, sicut dicit Petrus, 'Vos estis genus electum, regale sacerdotium.' Propter hoc et coma ei in modum coronæ rotundæ tonditur, et caput desuper nudatur, ut per hoc et se ad regiam in Christo digni-

---

[1] These admonitions are placed at the beginning of the Sarum pontifical, from which the offices in this volume are edited. I have thought them well worthy of a place here, as an appendix to the Ordination Service: and the reader will be repaid by comparing them with those, different, but similar in character, printed by Martene, in his great work; *de Ant. Ecc. Rit. Tom.* 2. *p.* 17. He speaks of them, as of uncommon occurrence, and deserving consideration. The copy in which he found them, was a manuscript pontifical of the church of Rouen: imperfect, not containing the admonition to the "ostiarii," as he himself remarks; nor the "informatio de prima tonsura," of the existence of which, as a preliminary admonition of the same kind, he was probably not aware.

This "informatio" is stated in the text to have been derived from Hugh S. Victor on the Sacraments. But it differs much from the chapter on the subject, *Lib.* 1. *Cap.* 32. as given in the Auctarium to the Bibl. Patrum. *Tom.* 1.

tatem assumi intelligat, et quia inter ipsum et Deum velamen desuper nullum esse debeat, sed revelata facie, secundum apostolum, Domini sui gloriam contempletur. Clericus enim non sicut laici secretorum Dei ignarus esse debet, quia nuntius ejus est ad laicum populum. Unde et usque ad apertionem oculorum et aurium amoventur crines quasi superflui, ut eum ab audiendo et intelligendo verbo Dei occupatio sæcularis, et terrena ambitio non impediat. Extunc vero debet ecclesiæ stipendiis sustentari, et Scriptura Sacra instrui, et in officio ecclesiastico institui : ut cum ratio poposcerit, et ætas, ac scientia, et mores suppetunt, ad ordines sacros assumi possit sub titulo certo, sine quo non sunt ordinandi, ne potius acephali quam clerici efficiantur. Hujus tonsuræ ritus ex veteri Testamento a Nazareis, ut dicitur, sumpsit exordium, quoniam crines diu crescentes, ob vitæ continentiam tandem rasos in ignem sacrificii, consumebant. Sed et in Actibus Apostolorum, Priscillam et Aquilam, atque beatum Paulum, et quosdam alios, idem fecisse legimus, significando in corde et opere pullulantia vitia præcidenda.

Admonitio ad ostiarios, qui primi sunt ordinis.

OSTIARII in veteri Testamento janitores dicebantur. Quorum officium est claves ecclesiæ custodire, et competentibus horis claudere et aperire, et quæ intus sunt custodire, fideles Christianos recipere, excommunicatos vero et infideles excludere, sicut patet partim ex verbis episcopi ordinantis. Hoc officium Christus per se ipsum exercuit et constituit, quando ementes et vendentes in templo, per quos omnes hæretici et infideles figurantur, cum flagello de funiculis ejecit de templo.

Admonitio ad lectores, qui secundi sunt in ordine.

LECTORES a prophetis sumpserunt exordium, qui verbum Dei populo annunciabant sicut Esdras et alii. Ideoque potestatem ab episcopo recipiunt, prophetias et alias lectiones sacri canonis in auribus populi recitare. Unde debent esse sacris literis instructi, ut intelligant quæ legunt, et bene accentuent, et distincte pronuncient, ne intellectum audientibus tollant, pariter et devotionem. Considerare bene habent quid indicative et quid interrogative legant, et ubi media, et ubi finalis sit clausula terminanda. Quia hæc male observata intellectum audientium aut perturbant, aut ridiculum provocant. Vox enim lectoris non tantum auribus sed cordi potius imprimi debet: quia factores verbi, secundum Jacobum, esse debemus, non auditores tantum. Nec oculorum aut aliorum membrorum motu dissoluto spectatores potius quam auditores sibi faciant: vocem tam fractam vel fœmineam æque ut agrestem vel rusticam devitando. Lectores olim præcones vel proclamatores vocabantur. Hoc officium exercuit et instituit Dominus, quando duodenus in medio doctorum et seniorum sedens, librum Isaiæ aperuit, et ibi legit, Spiritus Domini super me, eo quod unxit me, ad evangelizandum pauperibus misit me. Ex quo innuitur quod lectores gratia spirituali clarere debent, qui populo annunciant verbum Dei.

Admonitio ad exorcistas, qui tertii sunt ordinis.

EXORCISTÆ spiritum bonum et mundum intra se habere debent, quia imperium spirituale accipiunt super malos spiritus et immundos, ut eos de cor-

poribus obsessis ejiciant. Habent etiam facere in catechumenis officium apertionis. Hi in ordine et officio ecclesiæ constituti sunt secundum hoc, quod in templo Salamonis dispositi erant primo, sed postea ab Esdra dictinctius ordinati. Hoc officium exercuit et instituit Dominus, quando cum saliva sua tetigit aures et linguam surdi et muti, dicens, Ephphatha, quod est, adaperire; docens nos per hoc spiritualiter aperire aures et ora cordium, ad recte intelligendum et confitendum Christum. Hoc etiam officium exercuit sæpius, sed specialiter expellendo septem dæmonia de Magdalena.

Admonitio ad acolytos, qui in quarto ordine succedunt.

ACOLYTI Græce, ceroferarii dicuntur Latine. Qui dum evangelium legitur, vel sacrificium offertur, vel cæterum ministerium sacrum perficitur, cereos accensos deferunt, non ut hujus aeris tenebras illuminent, sed ut spiritualiter lucis opera proximis ostendant, et errantibus more lucis ducatum præstent. Accipiunt et urceolum vacuum de manu episcopi, quia nondum digni sunt tenere plenum; in signum quod vasa templi tangere quidem possunt, sed nondum perfecti sunt ad sacri ordinis officium ministrandum. Hoc officium se habere testatur Dominus, dicens, ‘Ego sum lux mundi. Qui sequitur me non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ.’

Admonitio ad subdiaconos, qui quintum locum obtinent.

QUINTO loco, ordo est subdiaconorum, qui apud Græcos hypodiaconi vocantur. Isti sunt qui in

Esdra Nathinæi, id est, in humilitate Deo servientes, appellantur. Ex quorum ordine fuit ille Nathanael, qui in evangelio Dominum confiteri, et ab ipso meruit collaudari, dicente Domino, 'Ecce vir Israelita, in quo dolus non est.' Isti subserviunt Levitis, et vasa corporis et sanguinis Christi ipsis ad altaria offerunt, et iterum referunt. De quibus quidem patribus placuit, ut qui sacra mysteria contractant, legem observent continentiæ, sicut scriptum est, 'Mundamini qui fertis vasa Domini.' Hi in templo Domini oblationes suscipiunt a populis. Ad istorum etiam provisionem pertinet, tantum de oblationibus ponere in altari, quantum sufficere possit populo Dei. Similiter ipsi corporales pallas, et substratoria[2] lavare, et aquam in baptismum vergere debent. Urceum quoque et aquamanilem et manutergium tenere episcopo, et presbytero, et levitis, pro lavandis ante altare manibus, aquam præbere. Hi cum ordinantur sicut sacerdotes et levitæ manus impositionem non accipiunt, sed tantum calicem vacuum, et patenam vacuam, de manu episcopi; de manu vero archidiaconi, urceolum cum aquamanile et manutergium, quibus mundare debent manus sacerdos et levita, tractaturi divina sacramenta. Hoc officio usus est Dominus, quando facta cœna cum discipulis, linteo se præcinxit, et mittens aquam in pelvim, pedes discipulorum lavit, et linteo extersit.

Admonitio ad diaconos, qui sextum locum obtinent.

DIACONORUM ordo sexto sequitur loco, non sine aliquo senarii mysterio. In quo, propter perfec-

[2] "Substratorium, mappa altaris, cui corporale insternitur." *Ducange.*

tionem sui, significatur operum perfectio. Hic ordo in veteri Testamento a tribu Levi habet exordium. Præcepit enim Dominus Moysi; ut post ordinationem Aaron et filiorum ejus, rursus tribus Levi ad divini cultus ministeria ordinaretur et consecraretur Domino, et servirent pro Israel, coram Aaron et filiis ejus, in tabernaculo Dei. Ipsique gestarent arcam et tabernaculum, et omnia vasa ejus, et in circuitu tabernaculi castra constituerent, et in transportando tabernaculo ipsi deponerent. A viginti autem annis et supra, jussi sunt servire in tabernaculo. Quam regulam sancti patres et in novo Testamento constituerunt, quoniam hæc ætas ad portanda onera robusta est, quod illi ordini a Moyse institutum est. Quod et in novo Testamento representatur, cum diaconibus supra sinistrum humerum stola imponitur, et casula in diebus jejunii supra eundem humerum complicatur, quia quicquid laboris et sustinentiæ in hac vita toleramus, tanquam in sinistra portamus, donec in dextra, hoc est, in æternitate, requiem habeamus. Hic ordo in novo Testamento ab Apostolis sumpsit initium, quando, sicut legitur in Actibus Apostolorum, septem viros boni testimonii, plenos Spiritu Sancto, ad hoc elegerunt officium. Et oratione præmissa, manus eis imposuerunt. Et exinde Apostoli, et eorum successores, decreverunt ut in omni matrice ecclesia septem diacones circa aram Christi sublimiori gradu, tanquam columnæ altaris, assisterent, non sine aliquo septenarii mysterio. In quo figuratur, ut septiformis gratiæ spiritu fulgentes, sancti sunt corpore ac spiritu. Hi sunt septem angeli in Apocalypsi tuba canentes. Hi sunt septem candelabra aurea. Hi voces tonitruorum. Ipsi enim clara voce, in modum præconis, admonent cunctos sive ad orandum, sive ad genua flectenda, sive ad psallendum, sive

ad legendum et audiendum verbum Dei. Ipsi evangelizant, ipsi sacramenta Dei dispensant. Sine ipsis sacerdos nomen habet, officium non habet. Nam sicut in sacerdote consecratio, ita in ministro ejus, id est diacono, dispensatio sacramenti est. Ipsis etiam sacerdotibus, propter præsumptionem, non licet calicem Domini in mensa tollere, nisi eis traditus fuerit a diacono. Levitæ hostias super altare ponunt; levitæ operiunt arcam testamenti, quia non omnes videre debent aut possunt alta mysteriorum quæ operiuntur a levitis. Ipsi albis induti vestibus assistunt altari, ut candore vestis munditia vitæ significetur, nitidique ad hostias et immaculati accedant. Tales enim Dominum decet habere ministros, qui nullo carnis corrumpantur contagio, sed perfecta mentis et corporis castitate splendeant. Quales enim diacones ordinandi sint, apostolus plenissime docet scribens ad Timotheum. Nam cum præmisisset de sacerdotum electione, continuo subjunxit, Diacones similiter irreprehensibiles, hoc est, sine crimine, sicut episcopos; pudicos, hoc est, a libidine continentes; non bilingues, scilicet ne perturbent pacem habentes; non multo vino deditos, quia ubi ebrietas, ibi libido et furor dominatur; non turpe lucrum sectantes, id est, non de cœlesti militia lucra terrena sectantes. Post hæc subjecit, Hi autem probentur primum, et sic ministrent nullum crimen habentes. Et hi itaque sicut episcopi ante ordinationem probari debent, et si digni inventi fuerint, sic demum ad sacrum ministerium admitti. His cum ordinantur, solus episcopus manus imponit, quia ad ministerium, non ad sacerdotium, applicantur. Ponitur eis orarium, id est stola, super sinistrum humerum ab episcopo, ut per hoc agnoscant se accepisse jugum Domini, quo omnia ad sinistram, id est præsentem vitam, pertinentia

adversa fortiter tollerent, et divino amore subjiciant. Accipiunt et textum evangeliorum de manu episcopi, per quem intelligant se esse præcones evangelii Christi. Nam sicut lectoribus vetus Testamentum, ita diaconibus novum prædicare præceptum est, præcipue evangelium, quod solis ipsis in ecclesia pronunciare licet. Ad ipsos pertinet assistere sacerdotibus, et ministrare in omnibus quæ aguntur in sacramentis Christi; in baptismo scilicet, et in chrismate, in patena et calice, oblationes etiam inferre et disponere in altari, componere etiam mensam Domini atque vestire, crucem ferre, evangelium prædicare et apostolum. Ad ipsos quoque pertinet officium precum, et recitatio nominum. Ipsi præmovent aures ad Dominum; ipsi hortantur orare; ipsi clamant, et pacem ipsi annunciant. Hoc officio usus est Dominus, quando post cœnam proprio ore et propriis manibus sacramenta confecta dispensavit, et quando apostolos dormitantes excitavit ad orationem, dicens, Vigilate et orate ut non intretis in tentationem.

Admonitio ad sacerdotes, qui septimum locum obtinent.

SEPTIMO loco subsequitur ordo presbyterorum, qui in veteri Testamento a filiis Aaron sumpsit initium. Nam qui tunc sacerdotes vocabantur, hi sunt qui nunc presbyteri, et qui tunc dicebantur principes sacerdotum, nunc episcopi nominantur. Presbyteri autem interpretantur seniores, quia seniores Græci presbyteros vocant. Debent enim presbyteri seniores esse populo Dei, non tantum ætate temporis, quantum prudentia morum, et maturitate bonæ conversationis, sicut scriptum est, Senectus venerabilis est non diu-

turna, neque annorum numero computata. Cani enim sunt sensus hominis, et ætas senectutis vita immaculata. Distat tamen hoc tantum inter pontifices et hujus temporis sacerdotes, quod solum pontificibus addita est clericorum ordinatio, basilicarum dedicatio, sacri chrismatis consecratio, manus impositio, et communis super populum benedictio. In aliis autem sacramentis, sive catechizandi, sive baptizandi, sive missam celebrandi, et consecrandi corporis et sanguinis Christi, sive in ecclesia verbum faciendi, communis est utrisque dispensatio. Summis ergo sacerdotibus supradicta idcirco singulariter reservata sunt; ne eadem prorsus auctoritas potestatis, ab omnibus passim vendicata, inferiores erga suprapositos insolentes redderet, et soluto obedientiæ vinculo, scandalum generaret. Presbyteri successores et vicarii sunt septuaginta discipulorum, qui præcedebant Dominum Jesum in omnem civitatem, et locum quo ipse erat venturus. Ita quippe presbyteri, qui adjutores sunt episcoporum, rudes populos catechizando initiant, baptizando unitati ecclesiæ incorporant, ut in omnibus sacramentis usque ad manus impositionem populo Dei ministrant. Episcopi vero successores sunt apostolorum, qui ex necessitate adjutorium et supplementum sui officii, in tanta multitudine populorum regendorum, ministerium sibi expetunt sacerdotum, sicut Moyses in eremo septuaginta viros elegit prudentes, quorum consilio et auxilio, multitudinem tantam facilius gubernaret. Sive ergo inferioris sive superioris sint ordinis sacerdotes, id est, sive presbyteri, sive episcopi, vicem gerunt summi pontificis, dum populos delinquentes ad pœnitentiam vocant, et orationum suarum medicamento sanant, unde dicit apostolus, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, et posuit in nobis verbum reconciliationis. Obsecramus

ergo pro Christo, reconciliamini Deo. In hoc igitur vice mediatoris funguntur sacerdotes, quod Deum pro peccatis populi exorant, et pœnitentes absolvendo Deo reconciliant. Quapropter convenit ut tanquam boni mediatores inter homines et Deum, et præcepta Dei ad populum deferant, veritatem prædicando, et preces populi Deo offerant, pro peccatoribus intercedendo. Mediator autem, ut ait apostolus, unius non est, quia discordes reconciliare non potest, qui utrumque societatis pace et amicitiæ vinculo consors non est. Et idcirco sacerdotes cum Deo pacem habere, per eminentiam sanctitatis, et cum proximis concordiam servare debent, per affectum compassionis. Quales ergo debeant esse presbyteri, apostolus scribens ad Titum insinuat, dicens, Hujus rei gratia reliqui te Crete, ut constituas per civitates presbyteros, quemadmodum tibi disposui. Siquis sine crimine est, unius uxoris virum, habentem filios fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditus. Oportet enim episcopum sine crimine esse. Qua sententia ostendit etiam presbyteros sub episcoporum nomine taxari. Unde ad Timotheum de ordinatione episcopi et diaconi scribit, de presbyteris tacens, quos sub nomine episcoporum intelligendos relinquit. Quapropter tales etiam in ecclesia presbyteros constituendos esse sicut episcopos, et apostolus asserit, et canones apostolicam auctoritatem secuti testantur. Presbyteri cum ordinantur, episcopo eos benedicente, et manus super capita eorum tenente, omnes presbyteri qui præsentes sunt, manus juxta manus episcopi, super capita eorum levant, et Spiritum Sanctum super eos qui ordinantur, invocant. Unguntur presbyteris manus sicut episcopis, ut cognoscant se hoc sacramento gratiam consecrandi accipere, et opera misericordiæ pro viribus exercere debere erga omnes.

Unctio capitis specialiter ad episcopum pertinet, ut intelligat se vicarium esse illius de quo scriptum est, Unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. Hi, post invocationem Spiritus Sancti, stolam super utrumque humerum accipiunt, quæ in modum sustentaculorum dextrum latus munit et sinistrum, ut ex hoc intelligant, se per hoc armis justitiæ a dextris et a sinistris esse munitos, ut eos nec adversa frangant nec prospera extollant. Accipiunt et calicem cum vino, et patenam cum hostiis, de manu episcopi, quatenus his instrumentis potestatem se accepisse agnoscant placabiles Deo hostias offerendi. Ad ipsos namque pertinet, sacramentum corporis et sanguinis Domini in altare Dei conficere, orationes dicere, et benedicere dona Dei. Hoc officio usus est Dominus noster Jesus Christus quando post cœnam, panem et vinum in corpus suum et sanguinem suum commutavit, et ut in memoriam suæ passionis idem facerent discipulos monens instituit. Hoc quoque excellenter officium implens exhibuit, quando ipse sacerdos et hostia se ipsum Deo Patri in ara crucis, propter peccata generis humani, obtulit, et per proprium sanguinem sancta æterna ingrediens, cœlestia et terrena pacificavit. In quo apparet quanta sit excellentia sacerdotalis officii, per quod quotidie in altare passio Christi celebratur, et reus quisque a peccatis conversus Deo reconciliatur. Quibus omnibus de sacerdotali officio breviter pertractatis, admonendi sunt Christi sacerdotes, quatenus sicut excellunt ordinis dignitate, sic excellant vitæ sanctitate, ut plebs eis commissa atque eorum disciplinis edocta, gratanter eis obediat, et eorum imitatione de die in diem proficiat, et ad præmia perveniat sempiterna.

Decretum de electo Episcopo.

Consecratio electi in Episcopum.

Decretum de electo Episcopo.

D*ECRETUM quod clerus et populus firmare debet de electo episcopo.*[1]

Venerando sancto Cantuariensis ecclesiæ metropolitano *N.* clerus et populus ecclesiæ *N.* debitam subjectionem: vestræ paternitati

---

[1] Many examples of forms of this "decretum" are to be found in the historians and ritualists of the middle ages. At the end of the Salisbury pontifical, that is, the manuscript from which our text is taken, there occurs the following short office; which I insert here, as it doubtless is to be referred to the occasion of an election by the clergy of a new bishop.

"*Confirmatio electi.*

"*Cantato* Te Deum, *dicatur*, Pater noster.

"*Episcopus dicat:* Et ne nos.

"Salvum fac servum tuum.

"Dominus custodiat introitum ejus, et exitum ejus.

"Dominus custodiat eum ab omni malo.

"Mittat ei Dominus auxilium de sancto.

"Exsurge, Domine, adjuva nos.

"Dominus vobiscum. Et cum. Oremus.

"Concede, quæsumus, omnipotens Deus, ut famulum tuum, quem ad regimen animarum eligimus, gratiæ tuæ dono prosequaris, ut, te largiente, cum ipsa tibi nostra electione placeamus. Per Christum Dominum nostrum."

Immediately preceding the "decretum," there is a short form, which I subjoin.

"*Quæ episcopus, in consecratione sua, profitetur se observaturum.*

"Omnem prudentiam, quantum natura sua capax est, divinæ scripturæ sensibus accommodare. Ea, quæ ex divinis scripturis intelligit, plebi cui ordinatus est verbo docere et exemplo. Traditiones orthodoxorum patrum, et decretales ac constitutiones sedis apostolicæ, reverenter suscipere, docere, et servare. Beato Petro apostolo, ejusque vicariis summis pontificibus, vel eorum archiepiscopis, fidem et subjectionem per omnia exhibere. Castitatem et sobrietatem, cum Dei auxilio, custodire et docere. Mores ab omn malo temperare, et quantum pos

est cognitum, quantum temporis est ex quo accidentibus variis eventibus ecclesia *N.* suo sit viduata pastore ac destituta rectore. Quod, non solum ad nostrum, verum et ad vestrum ac omnis hujus diœceseos detrimentum pertinere dignoscitur; cum totius provinciæ solicitudinem metropolitano constet esse commissam. Propterea elegimus illius nostræ ecclesiæ presbyterum *N.* nobis sufficientissime cognitum, natalibus et moribus nobilem, apostolica et ecclesiastica disciplina imbutum, fide catholicum, natura prudentem, docibilem, patientem, moribus temperatum, vita castum, sobrium, humilem, affabilem, misericordem, literatum, in lege Dei instructum, in scripturarum sensibus cautum, in dogmatibus ecclesiasticis exercitatum, et secundum scripturarum tramitem traditionemque orthodoxorum, et canonum ac decretorum sedis apostolicæ præsulum constitutiones, sano sensu ecclesiasticas regulas intelligentem, sanoque sermone docentem atque servantem, amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, et cum modestia corripientem eos qui resistunt, et qui sanæ doctrinæ adversantur, eis resistere et redarguere prævalentem, hospitalem, modestum, suæ domui bene præpositum, non neophytum, habentem testimonium bonum in gradibus singulis, secundum traditionem ecclesiasticam ministrantem ad omne opus bonum, et ad satisfactionem omni poscenti rationem de ea quæ in illo est spe paratum: quem nobis quan-

---

sibile est, Domino auxiliante, ad omne bonum commutare. Semper in divinis negotiis mancipari, et a terrenis negotiis et lucris turpibus alienari, quantum humana fragilitas consenserit posse: humilitatem et patientiam custodire in seipso, et alios idem docere. Pauperibus et peregrinis omnibusque indigentibus, propter nomen Domini, esse affabilis et misericors."

tocius petimus ordinari pontificem, quatenus, auctore Domino, regulariter nobis præesse valeat et prodesse, et nos sub ejus regimine salubriter militare possimus, quia integritas præsidentium salus est subditorum; et ubi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. Ut autem omnium nostrum vota in hanc electionem convenire noscatis, huic decreto canonico, promptissima voluntate, singuli manibus propriis roborantes subscripsimus.

Consecratio electi in Episcopum.

PROVIDEAT electus cum suis, quod mane diei dominicæ, parata sint et in promptu omnia sibi necessaria in consecratione, videlicet, caligæ, sandalia, amictus, alba, cingulum, stola, manipulus, tunicella, dalmatica, planeta, et pluviale albi coloris, chirothecæ, annulus pontificalis, et alius annulus parvus, mitra, baculus pastoralis, duo bacilia, tobalia pro manibus tergendis, tobalia ad ponendum coram consecratore, tobalia et pecten ad pectinandum,[1] *micæ panis ad tergendum manus et caput, duo brachia telæ de cortina*[2] *ad circumligandum caput in unctione, duo magni panes involuti duobus tobaliis, duæ magnæ phialæ plenæ vino, et duo magna torticia ad offerendum, libri missalis et pontificalis, faldistorium et*

---

[1] Ducange says: " *Pecten*, inter ministeria sacra recensetur, quo scilicet sacerdotes ac clerici antequam in ecclesiam procederent, crines pecterent." And he cites several examples, proving that a comb was among the ordinary furniture of chapels. In the earlier pontificals there is no express mention of it, although it is clear that in Durand's time, the use of it was general; *Rationale, lib.* 4. *cap.* 3: and Ducange quotes a will of a bishop in the 10th century, who, among other effects, specifies, " Pectinem eburneam unam."

So in the old inventories we find them mentioned; thus, in that of S. Paul's, A. D. 1295: " Tres pectines eburnei, spissi et magni, et tres tenues et usuales de ebore. Item, unum pecten eburneum pulchrum. Item, duo pectines eburnei sufficientes." *Dugdale. S. Paul's, p.* 206.

[2] "Brachium, mensuræ species, cubitus." " Cortina, panni vel serici species, sic dicta, ut pallium, pro pallii materia." *Ducange. Glossarium.*

tapetum, quissini et bassini. Sacerdotes in superpelliciis, qui serviant electo de libro.

Incipit[3] *consecratio electi in episcopum, quæ est agenda die dominica, et non in alia festivitate,*[4] *antequam missa celebretur.*[5]

---

[3] After the "Decretum," the Winchester and Bangor MSS. pass on to the order of consecration, omitting the rubric in the text, as to the necessaries to be provided. The first rubric of those books is as follows:

"*Incipit examinatio ordinandi episcopi, quæ est agenda die dominica, antequam missa celebretur.*" Pontif. Winton.

"*Incipit examinatio ordinandi episcopi, quæ est agenda die dominica, antequam celebretur.* [*sic.*] *Ipse electus sacerdotalibus vestibus induatur præter casulam, et pro casula induatur capa. Et sic comprovinciales episcopi deducant eum per manus coram metropolitano examinandum: ipso metropolitano sedente in loco examinationis, dorso verso ad majus altare. Sedilia vero episcoporum coram metropolitano in modum coronæ, a dextris et a sinistris electi. Tunc dicat metropolitanus:*

"Antiqua sanctorum, *etc.*" Pontif. Bangor.

As before stated, the Exeter MS. does not contain the "decretum," nor has it the rubric regarding the necessary preparations: its first rubric, after the commencement, is similar to that of the Bangor Use: but it begins thus:

"*Consecratio episcoporum semper agenda est die dominica, et examinatio et professio eorum ante missarum solemnia. Electus vero sacerdotalibus, etc.*" ut supra.

[4] This limitation of the old English rubric, was in strict accordance with the custom of preceding ages. *Thomassin* says: "Concilium Tolet. IV. C. 18. præcipit ut metropolitanus in civitate metropolitana ordinetur: — dies autem dominica tantum ab eodem concilio præscribitur.——Abdicationis pænam videtur Leo M. intentare Ep. 89. c. 3. si quo alio tempore ordinentur episcopi, præterquam vesperascente sabbato, aut dilucescente dom. die." *De benef. Part.* 2. *lib.* 2. c. xij. (*Tom.* 5. *p.* 63.) So, in later years, this was a rule generally agreed upon. Alcuin, in stating the fact, explains the reason. "Episcopi vero consecratio, qui est vicarius apostolorum, immo et Christi, fit in Dominica, quia in eodem die per donum Spiritus Sancti dignatus est illustrare corda apostolorum." *De div. off.* Hittorpius. *p.* 69.

Ipse vero electus sacerdotalibus vestibus induatur, præter casulam, et pro casula induatur capa, et sic duo

---

And Hugo S. Victor: "Presbyteri et diaconi sabbato consecrandi episcopo præsentantur; benedictiones vero pontificum diebus tantum dominicis celebrandas esse, sacri canones sanxerunt." *De sacr. lib.* 2. ij. 20.

"But the rubric now of the Roman pontifical is this: "*Statuta die consecrationis, quæ debet esse dominica, vel natalitium apostolorum, vel etiam festiva, si summus pontifex hoc specialiter indulserit.*"

[5] Mabillon has printed in his Analecta, from a manuscript of the 11th century, a "ritus ordinandi episcopi," which was observed anciently in the church of Rouen. On account not only of this Order throwing much light on many of the particulars which will follow in the text, but of the frequent intercourse in that age kept between the churches of Normandy and England, I shall transcribe the first rubric of that MS.

"In die ordinationis episcopi manissime pulsetur, et cantetur prima, postquam eatur ad capitulum; ibique a decano, archidiacono, cantore et cancellario ordinentur qui debent præcedere ministri, sicut in majoribus mos est festivitatibus: hoc est, duo acolythi cum thuribulis, duo subdiaconi cum crucibus, septem acolythi cum candelabris et cereis, septem subdiaconi cum evangeliorum libris, septem diaconi cum suis reliquiis, duodecim presbyteri induti planetis, acolythus indutus podere cum vasculo aureo chrismatis.

"Tertia pulsetur temporaneè, et interim præparet se domnus archiepiscopus, sandaliis et cæteris omnibus usque ad dalmaticam. Tunc indutus cappa, et tenens baculum pastoralem in manu, procedit e sacrario. Similiter omnes episcopi exeant induti. Ipse autem electus necdum induatur sandaliis, sed tantum alba, et stola, et cappa; nec ferat baculum, sed ponatur super altare cum anulo, usque dum consecratus accipiat de manu archiepiscopi.

"Venientes autem in ecclesia ponantur sedes ita. Domnus metropolitanus sedebit verso dorso ad altare. Sedilia vero cæterorum episcoporum ponantur ante oculos metropolitani. Sedes autem ipsius electi ponatur in medio, non tamen ad majus altare. Comprovinciales autem episcopi offerant electum domno metropolitano his verbis:

"'Reverende pater, postulat *etc.*'" *Vetera Analecta. p.* 228.

The "poderis" in the above extract was a vestment, of much the same kind as the "camisia;" (see above, p. 19. note 29.) Ducange in his glossary cites *Euche-*

comprovinciales episcopi deducant eum per manus coram metropolitano examinandum, ipso metropolitano sedente in loco examinationis, dorso verso ad majus altare, sedilia vero episcoporum coram metropolitano, in modum coronæ, a dextris et a sinistris electi. Et dum ista examinatio dicitur vel legitur, archiepiscopus et cæteri episcopi consecrantes mitras debent habere in capite, sed consecrandus nequaquam. Tunc dicat metropolitanus:

Antiqua sanctorum patrum institutio docet et præcipit,[6] ut is qui ad ordinem episcopatus eligitur, antea

---

rius Lugdunensis: "Poderis, sacerdotalis linea corpori penitus adstricta, eademque talaris, unde et poderis appellata, hæc et subucula dicitur." Compare also *Ivo Carnotensis,* de reb. eccles. *Serm.* 3. and *Innocent III.* de Myst. Missæ. *Cap.* 10. 16.

The "poderis" can only in a very wide and improper sense be explained to be a sacerdotal vestment, as it was common to the inferior orders: and in fact, there seems to be but little doubt that it was what was afterwards called the albe: and that its more ancient name lingered only in remote countries. Thus Alcuin *(de div. off.)* expressly says; "Poderis vulgo alba dicta, perseverantiam significat." And so Durand; "Quia vero usque ad talos descendit, perseverentiam designat." *Rationale div. off. Lib.* 3. *Cap.* 3.

[6] The whole of this part of the Office is now inserted into the pontifical of the Church of Rome: but as Martene has observed, it was anciently peculiar to the churches of France: to which we may add, of England also. It was probably introduced into this country about the eleventh century, as we do not find it in the earlier pontificals of Egbert and Dunstan: nor before that time, I may remark, is it found in the Office of the French Church; so that there is no evidence by which we may conjecture to which first it was added.

The principle of such an examination, before consecration, was however both primitive and universal: grounded upon the admonitions of S. Paul to Timothy. In after years, it was made the especial subject of conciliar decrees: thus, the first canon of the fourth council of Carthage in the year 398, is directed to this point. "Qui episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit

diligentissime examinetur cum omni caritate, de fide Sanctæ Trinitatis, et interrogetur de diversis causis vel moribus, quæ huic regimini congruunt, et necessaria sunt retineri, secundum apostoli dictum, manus cito nemini imposueris ; et ut etiam is qui ordinandus

---

prudens, si docibilis, si moribus temperatus, si vita castus, si sobrius, si semper suis negotiis cavens, si humilis, si affabilis, misericors, si literatus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus: et ante omnia, si fidei documenta verbis simplicibus asserat: id est Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, *etc.*" And then follows an exact examination, grounded on the Apostles' creed. Again, in the 8th century, the second Nicene council, in its second canon, which Martene appeals to, ordered, "— decernimus quemlibet, qui ad episcopalem gradum est provehendus, — a metropolitano bene examinari, an ad sacros canones diligenter, ac cum perscrutatione, prompto sit animo, et sacrum etiam evangelium, et librum divini apostoli, omnemque divinam Scripturam, et in divinis præceptis versari, et populum suum docere." *Mansi. Tom.* xiij. *col.* 748.

But, remembering the ill reception which the decrees of this council met with in the West, I would rather attribute the insertion of this examination to canons of other synods in Gaul or Spain: thus, we have one, to name no more, of the eleventh council of Toledo, in the preceding century, A. D. 675. "Placuit huic sancto concilio, ut unusquisque qui ad ecclesiasticos gradus est accessurus, non ante honoris consecrationem accipiat, quam placiti sui innodatione promittat, ut fidem catholicam sincera cordis devotione custodiens, juste et pie vivere debeat." *Ibid. Tom.* xi. *col.* 143.

It is very probable that the particular interrogations regarding the change of the Bread and Wine in the Eucharist, were in consequence of the teaching of Berengarius, and inserted into the English pontificals by the influence of Archbishop Lanfranc, his great opponent. In which case, the Winchester MS. is possibly as early as any manuscript in which they are to be found: being nearly contemporary with that archbishop. The student will observe presently, that those particular questions are not in the pontificals of Bangor and Exeter. With respect to the first, this is very remarkable, and much more so with regard to the other, a manuscript of the latter part of the 14th century, in the time of Bishop Lacy.

est antea erudiatur, qualiter sub hoc regimine constitutum oporteat conversari in ecclesia Dei, et ut irreprehensibiles sint etiam, qui ei manus ordinationis imponunt.[7] Eadem itaque auctoritate, et præcepto, interrogamus te, dilectissime frater, caritate sincera, si omnem prudentiam tuam, quantum tua capax est natura, divinæ Scripturæ sensibus accommodare volueris?

Resp.[8] Ita volo, ex toto corde, in omnibus obedire et consentire.

Interrogatio. Vis ea quæ ex divinis Scripturis intelligis, plebem cui ordinandus es, et verbis docere et exemplis?

Resp. Volo.[9]

Interrogatio. Vis traditiones[10] orthodoxorum patrum, ac decretales sanctæ apostolicæ sedis constitutiones, veneranter suscipere, docere, atque servare?[11]

Resp. Volo.

Interrogatio. Vis[12] sanctæ Cantuariensi ecclesiæ[13]

---

[7] "*Prima interrogatio.*" Rubr. pontif. Bangor.

[8] "*Respondeat.*" Winton. "*Responsio.*" Bangor. "*Respondet electus.*" Exon.

[9] In the margin of the pontifical, there has been inserted, in a hand of the time of Henry VIII. or Edward VI., and afterwards crossed with a pen, the following interrogation:

"Vis regi nostro *N.* cui a Deo data est suprema potestas sub Christo ecclesiæ Anglicanæ, fidem, subjectionem, et obedientiam, exhibere? Volo."

After the word Anglicanæ, there is interlined in red ink, by a contemporary hand, "et Hiberniæ."

[10] "ordinationes." *Exon.*

[11] This and the next interrogation are differently arranged in the Winchester MS.: both being placed before the last question, "Vis pauperibus."

[12] The Exeter pontifical has a remarkable addition in this place: "Vis beato Petro apostolo, cui a Deo data est potestas ligandi atque solvendi, ejusque vicariis, Romanis pontificibus, atque sanctæ ecclesiæ Cantuariensi, *etc.*"

[13] "sanctæ Dorobernensi ecclesiæ." *Pontif. Winton.* i: e: Cantuariensi. I extract the whole in-

et mihi, meisque successoribus subjectionem, et obedientiam per omnia exhibere, secundum canonicam auctoritatem, et decreta sanctorum pontificum?

Resp. Volo.

Tunc dicat pontifex:

Profitere.[14]

Hic legat professionem, ut patet per bullam si habeatur, ac super eandem bullam subscribat crucem manu propria; sin autem, exigetur professio modo subscripto:

In Dei nomine. Amen. Ego .*N.* talis ecclesiæ electus, et a te, reverende pater, nomine *N.* Cantuariensis archiepiscope, totius Angliæ primas, consecrandus antistes, tibi et sanctæ Cantuariensi ecclesiæ metropoliticæ, tuisque successoribus in dicta ecclesia Cantuariensi canonice substituendis, debitam et canonicam obedientiam, reverentiam, et subjectionem, me per omnia exhibiturum profiteor et promitto, secundum decreta Romanorum pontificum tuorumque jurium,[15] et

---

terrogation from that early MS.

"Vis sanctæ Dorobernensi ecclesiæ fidem et subjectionem per omnia exhibere?"

The Bangor Use agrees with the text: in the Exeter pontifical the question runs:

"— Cantuariensi, mihique ministro et successoribus meis, fidem, subjectionem, et obedientiam, secundum canonicam auctoritatem exhibere?"

[14] "*Hic erigatur professio.*" Winton.

"*Resp.* Volo. Profitere." Bangor.

"Volo. Profitere. *Hic profiteatur.*" Exon.

All three pontificals omit the form in which the profession is to be made, passing on immediately to the next interrogation: "Vis mores, *etc.*"

The reader should consult Wilkins, *Concilia*, for the forms of some later oaths, about the period of the reformation: for example; in 1540, *Tom.* 3. *p.* 855:—in 1544. *p.* 870.—in 1550. *Tom.* 4. *p.* 67. And again, for several early examples, a collection printed by Hearne, at the end of the Textus Roffensis, *p.* 245. *etc.* and others, in the Anglia Sacra. *tom.* 1. *p.* 78.

[15] This sentence "secundum

prædictæ sanctæ Cantuariensis ecclesiæ adjutor ero ad defendendum, retinendum, et conservandum, salvo ordine meo: sic me Deus adjuvet, et sancta Dei evangelica. Et prædicta omnia subscribendo propria manu confirmo.

Deinde propria manu subscribat, faciendo crucem.

Interrogatio. Vis mores tuos ab omni malo temperare, et quantum poteris, Domino adjuvante, ad omne bonum commutare?

Resp. Volo.

Interrogatio. Vis castitatem et sobrietatem, cum Dei auxilio, custodire, et docere?

Resp. Volo.

Interrogatio. Vis semper esse divinis negotiis mancipatus, et a terrenis negotiis vel lucris turpibus esse alienus, quantum te humana fragilitas concesserit posse?

Resp. Volo.

Interrogatio. Vis humilitatem, et patientiam, in temetipso custodire, et alios similiter docere?

Resp. Volo.

Interrogatio. Pauperibus et peregrinis, omnibusque indigentibus vis esse, propter nomen Domini, affabilis et misericors?

Resp. Volo.

Tunc dicat ei pontifex:

Hæc omnia et cætera bona tribuat tibi Dominus, et custodiat te, atque corroboret, in omni bonitate.[16]

Respondeant omnes astantes: Amen.

Interrogatio. Credis, secundum intelligentiam et

—— jurium" has been erased with a pen, and the following inserted in the margin. "Secundum jura et statuta hujus regni."

[16] "in omni bono." *Winton.*

capacitatem sensus tui, Sanctam Trinitatem, Patrem, et Filium, et Spiritum Sanctum, unum Deum omnipotentem, totamque in Trinitate Deitatem, coessentialem et consubstantialem, coæternam et coomnipotentem, unius voluntatis, potestatis, et majestatis, creatorem omnium creaturarum, a quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, quæ sunt in cœlo et in terra, visibilia et invisibilia, corporalia et spiritualia?

Resp. Assentio, et ita credo.

Interrogatio. Credis ipsum Filium Dei, Verbum Dei, æternaliter natum de Patre, consubstantialem, coomnipotentem, et coæqualem per omnia Patri in divinitate, temporaliter natum de Spiritu Sancto et Maria semper virgine, cum anima rationali, duas habentem nativitates, unam ex Patre æternam, alteram ex matre temporalem, Deum verum et hominem verum, proprium in utraque natura atque perfectum, non adoptivum neque phantasticum, unicum et unum Filium Dei in duabus naturis, sed in unius personæ singularitate, impassibilem et immortalem in divinitate, sed in humanitate, pro nobis et pro salute nostra, passum vera carnis passione, et sepultum, ac die tertia resurgentem a mortuis, vera carnis resurrectione, die quadragesimo post resurrectionem, cum carne qua resurrexit et anima, ascendisse in cœlum, sedere ad dexteram Dei Patris, inde venturum judicare vivos et mortuos, et redditurum unicuique secundum opera sua, sive bona fuerint sive mala?

Resp. Assentio, et per omnia credo.

Interrogatio. Credis etiam Spiritum Sanctum, plenum, atque perfectum, verumque Deum, a Patre Filioque procedentem, coæqualem et coessentialem, coomnipotentem et coæternum per omnia Patri et Filio?

Resp. Credo.

Interrogatio. Credis hanc Sanctam Trinitatem non tres Deos sed unum Deum omnipotentem, æternum, invisibilem, et incommutabilem?

Resp. Credo.

Interrogatio. Credis sanctam, catholicam, et apostolicam, unam esse veram Ecclesiam, in qua unum datur baptisma, et vera remissio omnium peccatorum?[17]

Resp. Credo.

Interrogatio.[18] Credis panem qui in mensa dominica ponitur, panem tantummodo esse ante consecrationem: sed in ipsa consecratione, ineffabili potentia Divinitatis, converti naturam et substantiam panis, in naturam et substantiam carnis Christi, carnis vero nullius alterius, sed illius quæ concepta est de Spiritu Sancto, et nata ex Maria virgine?

Resp. Credo.

Interrogatio. Similiter vinum quod aquæ mixtum in calice sanctificandum proponitur, vere et essentialiter converti in sanguinem, qui per lanceam militis de Domini lateris vulnere emanavit?

Resp. Credo.

Interrogatio. Anathematizas omnem hæresim, ex-

---

[17] This question is still retained in the Roman pontifical: but it is not easy to discover how it can be reconciled with the recognition by the Church of Rome of heretical baptism, even though administered by Jews or infidels, provided that it be accompanied with the proper matter and the proper form. That pontifical certainly has added the word "verum:" "in qua unum datur *verum* baptisma:" but this does not altogether relieve the difficulty.

[18] This and the next interrogation are in the Winchester pontifical, but are omitted by the Bangor and Exeter MSS.: the last of which omits also the question "Anathematizas omnem hæresim."

tollentem se adversus hanc sanctam ecclesiam catholicam?

Resp. Anathematizo.

Interrogatio. Credis etiam veram resurrectionem ejusdem carnis quam nunc gestas, et vitam æternam?

Resp. Credo.

Interrogatio. Credis etiam novi et veteris Testamenti, legis, et prophetarum, et apostolorum, unum esse auctorem Deum ac Dominum omnipotentem?

Resp. Credo.

Et dicat ei:

Hæc tibi fides augeatur a Domino, ad veram et æternam beatitudinem, dilectissime frater in Christo.

Et respondeant omnes: Amen.[19]

Ita igitur examinatus et bene instructus,[20] *cum con-*

---

[19] A marginal note is introduced here: viz.

"Hic petatur a consecrante bulla juramenti, et consecrandus eam legat, et secundum tenorem ejusdem præstet domino papæ suum juramentum." This note is in a contemporary hand and character of writing, and possibly may have been an accidental omission: but I have not thought it right to insert it in the text.

[20] This rubric is to the same effect, and in nearly the same words, in both the Winchester and Bangor MSS. The first proceeds at the end of it;

"*Qualiter ordinetur episcopus. Pontifex cum ordinatur, primo progreditur domnus metropolitanus cum cuncto clero ad ecclesiam: ubi ipsam vult fieri ordinationem. Veniens autem ante altare mox ut voluerit indicat primo cantorum, et statim cantor levat antiphonam ad introitum:* Benedixit te hodie Deus. *Ps.* Deus Deorum. *Cumque finierint introitum non dicant,* Kyrieleison: *sed domnus metropolitanus incipiat:* Gloria in excelsis Deo. *Hoc finito dicat:* Pax vobis. *Postea orationem hanc:* Adesto supplicationibus, *etc.*"

The Bangor pontifical merely adds: "*Deinde cantor incipiat antiphonam ad introitum et cætera ex more: sequitur oratio. Post orationem missæ immediate:* Adesto, *etc.*"

The Exeter pontifical proceeds,

sensu clericorum et laicorum ac conventu totius provinciæ episcoporum, maximeque metropolitani auctoritate aut præsentia, in nomine Domini ordinetur.[21]

---

after the benediction, " Hæc tibi fides," in this manner:

" *Expleto namque scrutinio, electus osculetur reverenter manum consecratoris, juxta ritum Romanæ ecclesiæ: tunc consecrator juxta altare faciat confessionem more solito, electo juxta ipsum manente, et omnes episcopi ante sedes suas stantes faciant similiter cum clericis suis. Finito confessione, consecrator ascendat ad altare. Cantore inchoante introitum missæ, electus ducatur ad locum suum: acolyti induant illum sandalia, tunicam, dalmaticam, et casulam; postquam consecrator dixerit primam collectam officii missæ, dicat sub uno* Per Dominum, *collectam pro electo.* Adesto, *etc.*"

[21] All that has preceded, being, as it were, a preparation, the service itself of Consecration begins here. Thus the first rubric of the very ancient pontifical of Archbishop Egbert, omitting also the charge " oportet *etc.*" is as follows:

" *Episcopus cum ordinatur, duo episcopi ponunt et teneant evangeliorum librum super cervicem ejus, et unus fundat super eum benedictionem: et postea istas tres orationes omnes episcopi, qui adsunt, recitare debent: reliqui vero manus suas super caput ejus tangant.* Oremus, dilectissimi nobis, huic viro, *etc.*"

Nor was it necessary that this previous examination should immediately precede, that is, upon the same day, the rite of consecration; nor that both should be in the same place. For the primitive practice was, that a bishop should be consecrated in his own cathedral: and without citing many authorities, to be found in most writers on this subject, I shall extract first a passage from S. Cyprian. " Propter quod diligenter de traditione divina, et apostolica observatione, servandum est et tenendum quod apud nos quoque et fere per provincias universas tenetur, ut ad ordinationes rite celebrandas ad eam plebem cui præpositus ordinatur, episcopi ejusdem provinciæ proximi quique conveniant, et episcopus deligatur plebe præsente." *Opera. p.* 119. *Epist.* lxviij. And I add the following from Thomassin: " Jubet Aurelianense IV. conc. C. 5. ut electus episcopus propria in civitate et ecclesia ordinetur: si id quidem non liceat per temporis importunitatem, ut in provincia saltem, et ab episcopis ordinetur provinciæ, præsente, v. authoritatem saltem suam accommodante metropolitano." *De benef. Part.* ij. *lib.* 2. *cap.* xviij. (*tom.* 5. *p.* 93.)

Deinde cantor incipiat officium missæ de die.

Hæc sequens oratio dicatur cum oratione de die, et dicantur sub uno per Dominum.

Oratio.

Adesto supplicationibus nostris, omnipotens Deus, ut quod nostræ humilitatis gerendum est ministerio, tuæ virtutis impleatur effectu. Per Dominum. *Et cætera ex more cantentur usque ad repetitionem* Alleluia, *vel usque ad ultimum versum tractus vel sequentiæ. Interim autem,*[22] *dum hæc fiunt, innuat dominus metropolitanus archidiacono, et ipse descendens cum acolytis et subdiaconis vadat extra chorum, ubi expectat qui ordi-*

---

[22] The Winchester pontifical thus proceeds:

"*Interim autem innuit domnus metropolitanus archidiacono: et ipse descendens vadit extra chorum, ubi expectat qui ordinandus est: et accipiens vestimentum induat eum. Et finito gradali, domnus metropolitanus ascendit ad altare. Et archidiaconus adducit electum ad altare, ubi domnus metropolitanus stat. Et inclinat se idem electus pontifex ad terram, et dicit domnus metropolitanus:*

"Clerus et plebs de civitate illa, cum adjacentibus parochiis suis, rogat sibi episcopum consecrari.

"Nunc autem a piissimo domino nostro Anglorum rege consentiente, clero et populo electus est venerabilis frater noster *.N.* in hoc opus.

"Oremus itaque pro eo, ut Deus et Dominus noster Jesus Christus tribuat ei cathedram episcopalem ad regendam ecclesiam suam, et plebem universam.

"*Et tunc schola incipiat litaniam; et inter alia dicat:*

"Ut fratrem nostrum *.N.* electum pontificem, in vera religione conservare digneris: Te rogamus, audi nos.

"*Episcopi vero interim prosternant se super stramenta coram altare, et ordinandus humilius post pontifices usque dum dicatur,* Agnus Dei. *Finita autem litania, elevet eum domnus metropolitanus incipiens hymnum* Veni Creator. *Quo cantato, ponat caput electi episcopi super altare. Et duo alii episcopi ponant et teneant evangelium super verticem ejus. Reliqui vero omnes qui adsunt episcopi manus super caput ejus ponant. Et domnus metropolitanus in-*

nandus est, et accipiens vestimenta induet eum cum sandaliis, alba, stola, manipulo, tunica, dalmatica, et casula, sine mitra, et absque baculo vel annulo. Et finito gradale, dominus archiepiscopus ascendat ad altare, et duo episcopi, capis induti, deducant electum superius ante altare ubi dominus archiepiscopus sedet, et ille sedendo cum mitra dicit:

Episcopum oportet judicare, interpretari, consecrare, confirmare, ordinare, offerre, et baptizare.

Deinde, deposita mitra, convertet se archiepiscopus ad circumstantes, et dicat hanc exhortationem:

Oremus, dilectissimi nobis, ut huic viro ad utilitatem ecclesiæ provehendo, benignitas omnipotentis Dei gratiæ suæ tribuat largitatem. Per Dominum.

Et statim a duobus episcopis incipiatur:

---

fundens benedictionem super eum dicat lenta voce:

"Oremus, dilectissimi nobis, *etc.*

"Oremus. *Et diaconus:* Flectamus genua. Levate.

"Propitiare, Domine, supplicationibus. *etc.*"

In the Bangor pontifical we have:

"*Interim dum hæc fiunt, egrediatur archidiaconus cum acolytis et subdiaconis: et induat ipsum electum dalmaticam planetam: et duo episcopi casulis induti deducant eum superius ante altare. Et convertens se archiepiscopus ad circumstantes, dicat exhortationem:*

"Oremus, dilectissimi nobis, *etc.*"

In the Exeter MS. it is as follows; after the collect "Adesto:"

"*Et cætera omnia cantentur usque ad repetitionem alleluia, vel ad ultimum versum tractus: tunc sedente episcopo deducant electum ante altare coram consecratore, et dicat consecrator electo:*

"Episcopum oportet, *etc.*

"*Et statim incipiatur litania, et interim tam consecrator quam electus accumbant versus altare, ita quod electus maneat a sinistris consecratoris, postquam dictum fuerit,* Ut obsequium servitutis nostræ. *Tunc surgat consecrator, et ad consecrandum se vertens, baculum pastoralem in manu sinistra tenens, dicat primo:*

"Ut hunc præsentem electum, *etc.*"

Kyrie eleison.

Cum litania; et prosternat se ordinator simul cum electo et cæteris episcopis ante altare super faldistoria; episcopus electus desuper stramenta[23] *ad basim altaris; et dicatur litania sicut in ordinibus, et cum ventum fuerit ad versum qui pro domino episcopo cantatur, surgat consecrator, et dicat conversus ad electum sic:*

Ut hunc electum bene✠dicere digneris.

Resp. Te rogamus.

Ut hunc electum bene✠dicere, et sancti✠ficare digneris.

Resp. Te rogamus.

Ut hunc electum bene✠dicere, sancti✠ficare, et conse✠crare digneris.

Resp. Te rogamus.

Finita litania[24] *surgant omnes præter electum. Et duo episcopi ponant et teneant evangeliorum codicem*[25]

---

[23] I would cite a canon of a council of London, in the year 1126, referring to these: "Statuimus præterea et apostolica authoritate decernimus, ut in consecrationibus episcoporum, non cappa, non tapetæ, non manutergium, non baccinia, et nil omnino per violentiam, nisi sponte oblatum fuerit, penitus exigatur." *Wilkins:* Concilia. *tom.* 1. *p.* 408. The reader may compare a canon passed at Westminster, a few years after, to the same purpose. *Ibid. p.* 415.

[24] It has just been seen, that the Winchester pontifical does not specify whether the book was to be open or closed: and on account of an abuse which crept in about the 11th century, and spoken of in a succeeding note, I shall transcribe the corresponding rubric, agreeing in both, of the Bangor and Exeter pontificals.

"*Finita vero litania, surgant omnes præter electum: et duo episcopi ponant et teneant librum seu codicem evangeliorum super cervicem ejus et inter scapulas clausum.*"

[25] Amalarius, in his day, argued that this was a newly invented observance, and not founded upon primitive authority: "quod neque vetus auctoritas intimat, neque apostolica traditio, neque canonica auctoritas." *De off. ecc. Lib.* ij.

super cervicem ejus et inter scapulas clausum,[26] *et ordi-*

Cap. 14. But his statement must be somewhat corrected, for if this rite may not be traced up to the apostolic age, yet it has the practice of a very high antiquity to plead in its behalf. As the reader has already seen (note 21.) it was a part of the office in the pontifical of Egbert: it is in the sacramentary of S. Gregory: and enjoined by the 2nd canon of the often-quoted council of Carthage: "Episcopus cum ordinatur," are its words, "duo episcopi ponant et teneant evangeliorum codicem super caput et cervicem ejus: et uno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes episcopi, qui adsunt, manibus suis caput ejus tangant."

Palladius in his life of S. Chrysostom mentions it; where speaking of a consecration by heretics, he says, "Non horruerunt evangelium scelesto capiti imponere." And *Menard* in his notes to the passage in the sacramentary, cites S. Chrysostom himself, alluding to the practice. But I would add, earlier than all these above cited, the testimony of the author of the Apostolical Constitutions, where, speaking of the order of the consecration of a bishop, he says: "*σιωπης γενομενης, ἑις των πρωτων ἐπισκοπων ἁμα και δυσιν ἑτεροις, πλησιον του θυσιαστηριου ἑστως, των λοιπων ἐπισκοπων και πρεσβυτερων σιωπῃ προσευχομενων, των δε διακονων τα θεια ευαγγελια ἐπι της του χειροτονουμενου καφαλης ανεπτυγμενα κατεχοντων, λεγετω προς Θεον.*" *Lib.* 8. *cap.* iv.*

It does not seem uncalled for, to add some of the mystical reasons which have been given for the observance of this very ancient rite. Peter Damian tells us: "Ponitur et evangelica pagina super caput illius recumbentis, ut verbo vitæ sentiat excedere rationem, et oculi ejus deficiant in eloquium Domini." *Sermo.* 1. *de Dedicatione.* Amalarius also, although, as Catalani remarks, he had been objecting to the reasonableness of the observance, yet immediately adds: "Potest tamen evangelii positio super caput, monere tenentes, ut quo Dominus idem evangelium firmet in corde ejus, de-

---

* It will be observed that here the book of the Gospels is directed to be held by deacons: and the student should consult the observations of *Habertus:* though I scarcely suppose he will agree with that writer in the very summary condemnation which he passes on it. *Pontif. Græc. p.* 78.

natore[27] *super eum fundente benedictionem, reliqui epis-*

precentur, aut, ut moneant, eum, qui consecratur, recordari se amplius esse sub jugo Evangelii, quam foret." *Lib.* 2. *cap.* xiv. But all these must be referred to the judgment of S. Chrysostom; who, cited by *Habertus, (p.* 79.) has said: "Dum ordinantur sacerdotes, Evangelium capiti imponitur, quo discat ordinatus veram se accipere Evangelii tiaram: discat etiam, tametsi omnium sit caput, se tamen esse sub legibus, et quum omnibus dominetur, legis imperio subjici: cumque omnibus legem ponat, a lege gubernari.—Quod igitur Evangelium accipiat pontifex, significat eum esse sub potestate constitutum." *Homil. de laude Evangelii.*

Nor can I pass by, without remark, another matter which, there is undeniable evidence to prove, was connected with this placing of the Book of the Gospels upon the head of the new bishop. I shall extract the observations of Catalani. "Reliquum est, ut illud notemus, consuevisse olim cum Evangelii codex super caput imponeretur, ex occurrenti in prima pagina sacri textus sententia faustum infaustumque omen de futura episcopi administratione prænosci. Certe, in ordinatione Athanasii patriarchæ Constantinopolitani, tradit Pachimera *lib.* 2. *cap.* xv. verba illa occurrisse: *Qui paratus est diabolo, et angelis ejus.* Quod improbis ejusdem patriarchæ actis comprobatum est, eamque ob causam sede illa depulsus. Contra, in consecratione Lanfranci Cantuariensis archiepiscopi apparuerunt verba: *Date eleemosynam, et ecce omnia munda sunt vobis.* Qui præsul in largiendo eleemosynas valde fuit insignis. Alia id generis exempla multa ecclesiastici scriptores produnt; ex quibus perperam quidam arbitrati sunt, ad inquirendas sortes evangelium in ordinatione episcoporum adhiberi consuevisse." *Comment. in pontif. tom.* 1. *p.* 196.

With respect to all this, the obvious wish is, that these statements as to the fact may be unfounded: or at least that such a superstitious and objectionable practice was never recognized or allowed in this country. The case of Lanfranc, we must nevertheless confess, is unhappily supported by other examples: one, in the reign of Edward the Confessor, of Wulstan, bishop of Worcester: of whose consecration this circumstance is related; "Nec vero sine divino nutu credi fas est prognosticon hoc ei fuisse, 'Ecce vero Israelita, in quo dolus non est.'" *Vita S. Wlstani. Anglia Sacra. tom.* 2. *p.* 251. And another, the successor of Lanfranc: for *Matthew Paris* has told us of Arch-

copi qui adsunt manibus suis caput ejus tangant, et dicat ordinator :[28]

---

bishop Anselm : "Inter sacrandum, pro ritu ecclesiæ, codex evangelii ab episcopis super eum apertus tenebatur : consecratione autem peracta, cum codex inspiceretur, in paginæ summitate hæc sententia est reperta ; 'Vocavit multos, et misit servum suum, et cœperunt omnes se excusare,'" *Hist. p.* 15. As it has been already shewn, the English pontificals are unanimous, after this time, in directing the book to be closed : and I think it can scarcely be denied, that this particular order was wisely and religiously intended to put a stop to such a practice ; one, which there are few who would not condemn at all times, and much more, on the occasion of so great a solemnity.

[26] "*Consecratore imponente utramque manum super caput electi, dicens ei :*

"Accipe Spiritum Sanctum.

"*Idemque faciant et dicant omnes episcopi adstantes, quo finito incipiat consecrator hymnum :* Veni Creator, *etc. Et cantetur usque in finem, et consecrator mediocri voce :*

"Oremus, dilectissimi nobis, *etc.*

"Propitiare, Domine, supplicationibus. *etc.*" *Pontif. Exon.*

[27] "*illum apertum.*" Rubr. pontif. Rom.

[28] The rubric in the Roman pontifical, after the delivery of the Book of the Gospels, is, similar to that in the Exeter MS. : "*Deinde consecrator, et assistentes episcopi ambabus manibus caput consecrandi tangunt, dicentes :* Accipe Spiritum Sanctum."

This is a remarkable difference, as the reader will presently see. For the later schoolmen have placed the "Form" in these words, "Accipe, &c." To quote the statement of Catalani : "Omnes prope scholastici, qui de materia, et forma episcopatus disputant, illius formam in his verbis constituunt : *Accipe Spiritum Sanctum,* quæ a consecratore, et assistentibus episcopis, posito evangelii codice super ordinandi caput, et illud tangentibus, statim proferuntur." *Comment. in pontif. tom.* 1. *p.* 197. But none of the English pontificals, except the Exeter, contains this "Form" : and Martene acknowledges, "verba illa —— toti antiquitati ignota fuerunt : adeo ut vix in ullo pontificali annos 400. attingente reperiantur. Nam ex omnibus quæ percurrimus, tria tantum illa habent, Arelatense, Andegavense, et Guillelmi Durandi." The council of Trent however has declared ; "Si quis dixerit, per sacram ordinationem non dari Spiritum Sanc-

Veni Creator, *ut supra in ordinibus.*
Sequatur:

---

tum; ac proinde, frustra episcopos dicere; 'Accipe, *etc*,'—anathema sit." The difficulty therefore is the same as that already spoken of, *p*. 194. note 55. and the Roman controversialists are equally unsuccessful in this case, as in the former. The later schoolmen, who had the altered Roman Ordinal before them, did not know, what more accurate enquiries proved, that these words were of late introduction: they therefore not unwillingly seized upon them, to round off, if I may say so, the peculiar opinions of their day: and the council of Trent adopted their decisions.

It would however be unjust not to quote the argument by which Morinus, in his famous work, *de sacris ordinationibus*, attempts to evade the Tridentine canon: and I the more willingly do this, because it shews that the point of that canon has neither been mistaken, nor unjustly urged against the peculiar doctrine of the Church of Rome in this matter: the reader will scarcely think it is more than an evasion, even if it amounts to that. For the question is not, whether the grace of the Holy Spirit is given at ordination, but, as both matter and form have been accurately laid down as essentials, and defined, whether the council of Trent has or has not decided that the "Form" consists in certain words, which for more than a thousand years, the Church had not admitted, or used. He says:

"Neque huic universi traditioni contradicit concilium Tridentinum. Certum est quod ait per sacram ordinationem tradi Spiritum Sanctum, neque frustra episcopos dicere, *Accipe Spiritum Sanctum*, cum ordinationis virtute detur Spiritus Sanctus. Alludit concilium ad ea verba quæ ab aliquot sæculis non tantum in episcopatus, sed etiam in presbyteratus et diaconatus collatione dicuntur. Non frustra igitur dicuntur ista verba, cum catholicis certum sit ordinationis ritu obicem non ponentibus Spiritum Sanctum dari, et gratiam produci. Præterea ab antiquissimis temporibus tam apud Latinos quam apud Græcos, ——— invocatur Spiritus Sanctus. ——— Sed aliqui ab annis, paulo plus minusque quadringentis existimantes invocationem Spiritus Sancti non sufficere, addere voluerunt traditionem Spiritus Sancti modo imperativo. ——— Verum concilium Tridentinum declarato ordinationis sacræ principali effectu, inde verba illa ab episcopis non frustra dici tantum colligit, et me-

Oremus. *Oratio.*

Propitiare,[29] Domine, supplicationibus nostris, et inclinato super hunc famulum tuum cornu gratiæ sacerdotalis, bene✠dictionis tuæ in eum effunde virtutem: per Dominum nostrum, Jesum Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitate Spiritus Sancti, Deus.

Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Sursum corda.

Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro.

Dignum et justum est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine sancte,

---

rito; de forma autem in qua ordinationis specie hæreat, ne verbum quidem. Si his verbis formam definire voluissent Patres, cum tres sint ordinationis sacræ gradus, sive species, et in unaquaque dicatur, Accipe Spiritum Sanctum, aut unam saltem cui conveniret, definire debuerunt, quod ab iis non est factum; aut tribus speciebus conveniet, quod nemo admittit. Sed rem ita se non habere ex argumento præcedente indubitanter constat." *Pars.* III. *Exerc.* 2. *cap.* ij.

It will not fail to be observed, how Morinus has here confused the whole subject: and as he has mixed up with his argument the same " Form" as it is in the ordination of priests, I would refer the reader to my note on that place, adding this plain extract from the *Catechismus ad parochos.* Speaking of the rite of ordination of priests, that authority states: " Ad extremum vero, manibus iterum ejus capiti impositis; Accipe, inquit, Spiritum Sanctum: quorum remiseris peccata, remittuntur eis; et quorum retinueris retenta sunt; eique cœlestem illam, quam Dominus discipulis suis dedit, peccata retinendi, ac remittendi potestatem tribuit." *p.* 205. *edit.* Aldus. 1566.

[29] This prayer, with the succeeding proper Preface, or prayer, is in the pontificals of archbishops Egbert and Dunstan.

Pater omnipotens, æterne Deus: Honor omnium dignitatum, quæ gloriæ tuæ sacris famulantur ordinibus. Deus, qui Moysen famulum tuum secreti familiaris affatu, inter cætera cœlestis documenta culturæ, de habitu quoque indumenti sacerdotalis instituens, electum Aaron mystico amictu vestiri inter sacra jussisti, ut intelligentiæ sensum de exemplis priorum caperet secutura posteritas, ne eruditio doctrinæ tuæ ulli deesset ætati: cum et apud veteres reverentiam ipsa significationum species obtineret, et apud nos certiora essent experimenta rerum, quam ænigmata figurarum. Illius namque sacerdotii anterioris habitus, nostræ mentis ornatus est, et pontificalem gloriam non jam nobis honor commendat vestium, sed splendor animarum: quia et illa, quæ tunc carnalibus blandiebantur obtutibus, ea potius quæ in ipsis erant intelligenda poscebant. Et idcirco huic famulo tuo, quem ad summi sacerdotii ministerium elegisti, hanc, quæsumus Domine, gratiam largiaris, ut quicquid illa velamina in fulgore auri, in nitore gemmarum, et in multimodi operis varietate signabant, hoc in ejus moribus actibusque clarescat. Comple, Domine, in sacerdote tuo ministerii tui summam, et ornamentis totius glorificationis instructum, cœlestis unguenti rore sanctifica.

Tunc consecrator,[30] *depositis chirothecis, et annulo*

---

[30] "*Hic effundatur oleum chrismale super caput ejus in modum crucis.* Hoc, Domine, copiose, *etc.*" *Pontif. Winton.*

"*Hic mittat chrisma in caput ejus, in modum crucis: leniter dicens:* Unguatur, et consecretur, *etc.*

"Pax tibi.

"Et cum spiritu tuo.

"*Tunc omnes episcopi perungant caput ejus manibus suis. Metropolitanus vero dicat quod sequitur more præfationis.* Hoc, Domine, copiose, *etc.*" *Bangor.*

"*Hic mittat chrisma in coronam capitis electi cum pollice in modum crucis, leniter circumli-*

pontificali resumpto, sedeat, et liget caput ejus qui consecretur cum fasciola de panno lineo mundo ad hoc præparata, ita quod fasciola circumdet caput sub corona, quæ tota debeat remanere libera: et expansa super genua consecrantis toballia, mittat chrisma cum oleo mixtum super caput ejus cum pollice dextro, dicens:[31]

---

gato prius capite lineo retorto, ne chrisma defluat in capillos ex more Romanæ curiæ, cum pollice dextræ manus totam tonsuram, dicens: Unguatur, et consecretur, *etc.*" *Exon.*

I must add, that both the Exeter and the Bangor MSS. omit the sentence, "per sacri chrismatis ——— benedictionem," in the Form, at anointing.

[31] I must refer the student for the ancient forms and prayers, as they were in the pontificals of Egbert and Dunstan, to *Martene, tom.* 2. where the ordinals are printed.

Menard, in his notes to the Sacramentary of S. Gregory, cites an English pontifical in which the head was to be anointed twice: "Porro in pontificali, quod Anglicanum esse creditur, duplex est unctio capitis, prior cum oleo et chrismate, secunda post manuum unctionem cum oleo tantum.——Quæ non sunt in editis et aliis codicibus nostris." p. 517. Nor does Catalani, or Martene seem to have known any other example of this practice.

It would therefore seem to have been peculiar to the Ordinal of some of the English churches. The reader, by a careful comparison of the note below, *p.* 265. 33. and 30. will see that the Winchester MS. exactly agrees with that which Menard speaks of;—that the Exeter and Bangor pontificals anoint the head once only;—and that the Salisbury Use was to anoint the head twice, but first with the mixed chrism and oil, and afterwards, before the unction of the hands, with chrism only.

I regret that my space prevents my entering, at length, into the subject of the ancient unction of priests and bishops: but, referring the student to the chief writers on the subject, I would sum up the intention and meaning of the rite, in the words of a very learned writer. "Concludo, sacerdotum tam superioris, quam inferioris ordinis manus inungi; primo, ut ad laborem, ad ministerium, ad diligentem et sedulam operam utrorumque manus indurentur et confirmentur: secundo, ut ad misericordiæ opera charitatis oleo diffluentes manus habere moneantur, non aridas, non contractas, non

Unguatur et consecretur caput tuum cœlesti benedictione, in ordine pontificali, per sacri chrismatis et olei unctionem, et nostram benedictionem. In nomine ✠ Patris, et ✠ Filii, et ✠ Spiritus Sancti. Amen.

---

illiberales: tertio, ut ad benedicendum, et sacramenta conficienda idonei reddantur: quarto, ut ad ligandum et solvendum habiliores efficiantur. Item, non sufficere episcopis, quod eorum in inferiori sacerdotio manus inunctæ fuerint, sed iterum cum consecrantur, inungi debere; tum quia ad benedicendum manus eorum sanctiores efficiendæ, tum quia sacerdotum consecratio, altarium, ecclesiarum, et cæterorum benedictio, sacramentorumque quorundam confectio tunc ipsis confertur: tum quia ad operosius ministerium, et honorificentius officium consecrantur: tum denique quia cum opes ecclesiæ in ipsorum potestate consistant, majorem largiendi habent occasionem, et ex suo statu ad pietatis, et supererogationis opera arctius devinciuntur. Chrismate vero episcopales manus, oleo presbyterales inungi; tum quod perfectionem illæ operentur, quæ chrismate bene olenti significatur: hæ illuminandis præsertim mentibus incumbant, quæ illuminatio oleo, quod ignis pabulum esse solet, convenienter exprimitur: tum quod in corpus Christi mysticum episcopi presbyteris majorem habeant potestatem; utrique vero in corpus Christi verum per se æqualem virtutem habeant: quæ scilicet præsertim conscientiæ puritate et nitore indiget: si quid proinde detrahi debet presbyterali unctione, quo præcellere ipsi possit episcopalis, non oleum, quod conscientiæ puritatem designat, sed balsamum, quod famæ claritatem significat, detrahendum, illudque episcopalis unctionis materiæ adjungendum. Denique infero, caput solius episcopi inungi, quia solus regiminis perfectam scientiam, solus gratiæ præsidendi perfectionem, solus regendi absolutam auctoritatem, solus perfectæ ecclesiæ caput est episcopus, solus tandem caput ecclesiæ Christum perfectius exhibet: presbyteri nec plenitudinem omnem sacerdotii sibi vendicant, nec sine episcopis aliquid gerendi auctoritatem, nec perfectæ ecclesiæ capita sunt, nec Christi perfecta exemplaria." *Hallier: de sacris Electionibus, Pars.* III. viij. 10. *p.* 464.

Much more information as to details may be found in the decretal epistle of Innocent III. *de sacra Unct:* the *Gemma Animæ, cap.* 181. Hugo S. Victor, *de sacram. lib.* 1. cap. 40. Morinus, *de sacris ordin. Exercit.* vj. and Habertus, *Pontif. Ecc. Græcæ, cap.* 28.

Pax tibi.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Et nota, si plures sint qui consecrantur, hoc in persona cujuslibet singulariter repetatur.[32]

Postea, abstersis manibus, incipiat archiepiscopus, et dicat in modum præfationis:

Hoc, Domine, copiose in ejus caput influat, hoc in oris ejus subjecta decurrat, hoc in totius corporis extrema descendat, ut tui Spiritus virtus et interiora ejus repleat, et exteriora circumtegat. Abundet in eo constantia fidei, puritas dilectionis, sinceritas pacis. Sint speciosi, munere tuo, pedes ejus ad evangelizandum pacem, ad evangelizandum bona tua. Da ei, Domine, ministerium reconciliationis, in verbis et in factis, in virtute signorum et prodigiorum. Sit sermo ejus, et prædicatio, non in persuabilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis. Da ei, Domine, claves regni cœlorum, ut utatur, non glorietur, potestate quam tribuis in ædificationem, non in destructionem. Quodcumque ligaverit super terram, sit ligatum et in cœlis, et quodcumque solverit super terram, sit solutum et in cœlis. Quorum detinuerit peccata detenta sint, et quorum dimiserit, tu dimittas. Qui maledixerit ei, sit ille maledictus: et qui benedixerit ei, benedictionibus repleatur. Sit fidelis servus et prudens, quem constituas tu, Domine, super familiam tuam; ut det illis cibum in tempore opportuno, et exhibeat omnem hominem perfectum. Sit solicitudine impiger, sit spi-

---

[32] The Exeter pontifical inserts here an antiphon, and psalm. "*Ant.* Unguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron: quod descendit in oram vestimenti ejus, mandavit Dominus in benedictionem. *Psalmus* 132. Ecce quam bonum. *Et post unumquemque versum repetatur* Unguentum: *qua completa perficiat consecrator præfationem:* Hoc, Domine, copiose, *etc.*"

ritu fervens. Oderit superbiam, humilitatem diligat, nec eam unquam deserat, aut laudibus aut timore superatus. Non ponat lucem tenebras, nec tenebras lucem: non dicat malum bonum, nec bonum malum. Sit sapientibus et insipientibus debitor, ut fructum de profectu omnium consequatur. ✠ Tribuas ei, Domine, cathedram episcopalem, ad regendam ecclesiam tuam, et plebem sibi commissam. Sis ei auctoritas: sis ei potestas: sis ei firmitas. Multiplices super eum bene✠dictionem, et gratiam tuam: ut ad exorandam semper misericordiam tuam tuo munere idoneus, et tua gratia possit esse devotus:

Terminando secrete: Per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat, in unitate Spiritus Sancti Deus. Per omnia sæcula sæculorum.

Et respondeant omnes: Amen.

Et tunc sequatur[33] *oratio elevata aliquantulum voce, et manu super eum dextera extensa. Oratio.*

---

[33] There is great variety here between the pontificals. I shall first state the order of the Winchester MS.

"*Alia.* Pater sancte, omnipotens Deus, *etc.*

"*Benedictio de septiformi Spiritu.*

"Spiritus Sanctus septiformis, *etc.*

"*Consecratio manuum episcopi ab archiepiscopo, oleo sancto et chrismate:* Unguantur manus istæ, *etc.*

"*Hic mittatur oleum super caput ejus:* Unguetur et consecretur caput, *etc.*

"*Hic imponatur mitra capiti ejus:*

"*Benedictio annuli.* Sanctifica, quæsumus Domine, annulum istum, ut famulus tuus, *N*, gestator illius, quem in ordinem episcopalem electum sacravimus, fide sit plenus, operatione sincerus, in revelandis atque claudendis sacris mysteriis, salubri semper consideratione, discretus. Per.

Cum datur annulus. Accipe annulum discretionis, et honoris, fidei signum; ut quæ signanda sunt signes, et quæ aperienda sunt prodas, quæ liganda sunt liges, quæ solvenda sunt solvas, atque creden-

Pater sancte, omnipotens Deus, qui per Dominum nostrum Jesum Christum ab initio cuncta creasti, et postmodum in fine temporum secundum pollicitationem quam Abraham patriarcha noster acceperat, ecclesiam quoque sanctorum congregatione fundasti, ordinatis rebus per quas legibus a te datis disciplinæ religio regeretur: præsta ut hic famulus tuus sit tuis ministeriis cunctisque fideliter gerendis officiis dignus, ut antiquitus instituta sacramentorum possit mysteria celebrare,

---

tibus per fidem baptismatis lapsis et pœnitentibus, per ministerium reconciliationis januas regni cœlestis aperias, cunctis vero de thesauro dominico nova et vetera proferas, ad æternam salutem omnibus consolatio factus: gratia Domini nostri Jesu Christi, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit, *etc.*

" *Benedictio baculi.* Sustentator humanæ, *etc.*

" *Cum datur baculus.* Accipe baculum pastoralis officii: et sis in corrigendis vitiis pie sæviens, judicium sine ira tenens, cum iratus fueris misericordiæ reminiscens.

" *Postea archiepiscopus ut incepit missam, peragat.*"

We have in the Bangor pontifical much omitted, which is ordered in both the Winchester and Sarum MSS.

" *Tunc cantet clerus communiter hanc antiphonam.*

" Unguentum in capite, *etc. Et per unumquemque versum psalmi repetat communiter clerus antiphonam.*

" *Completa autem benedictione, confirmet manum et pollicem consecrans cum chrismate, dicens:*

" Deus, et Pater, *etc.*

" *Benedictio baculi pastoralis:* Sustentator humanæ, *etc.*

" *Cum datur baculus pastoralis, dicat ordinator:* Accipe baculum, *etc.*

" *Benedictio annuli:* Creator et conservator, *etc.*

" *Ad annulum digito imponendum:* Accipe annulum, *etc.*

" *Benedictio mitræ:* Deus, cujus providentia, *etc.*

Cum datur mitra dicatur: Deus, qui mitræ, *etc.*

Data mitra, det ei codicem evangeliorum, dicens: Accipe evangelium, *etc.*"

Then follow the reading of the Gospel, and the proper mass: with no direction as in the text, below, for the mass which the newly consecrated bishop was to say.

The Exeter pontifical follows the order of the Bangor MS. after the antiphon: which according to the Use of that Church, had already been said, see above, note 32.

et per te in summum ad quod assumitur sacerdotium conse✠cretur. Sit super eum bene✠dictio tua, licet manu nostra sit porrecta. Præcipe, Domine, huic pascere oves tuas, ac tribue ut in commissa gregis custodia solicitus pastor vigilet. Spiritus huic Sanctus tuus cœlestium charismatum divisor assistat, ut sicut electus gentium doctor instituit, sit justitia non indigens, benignitate pollens, hospitalitate diffusus; servet in exhortationibus alacritatem, in persecutionibus fidem, in caritate patientiam, in veritate constantiam, in hæresibus ac vitiis omnibus odium sciat, in æmulationibus nesciat; in judiciis gratiosum esse sinas, et gratum esse concedas. Postremo omnia a te largiter discat, quæ salubriter tuos doceat. Sacerdotium ipsum opus esse existimet, non dignitatem. Proficiant ei honoris augmenta, etiam ad incrementa meritorum: ut per hæc sicut apud nos nunc asciscitur in sacerdotium, ita apud te postea asciscatur in regnum.[34]

Benedictio de septiformi Spiritu, sic :

Spiritus Sanctus septiformis veniat super te, et omnis benedictio, quæ in scripturis sanctis scripta est, super te veniat. Confirmet te Deus Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus, ut habeas vitam æternam, et vivas in sæcula sæculorum.

Resp. Amen.

Post hæc chorus cantet hanc antiphonam :

Unguentum in capite quod descendit in barbam, barbam Aaron, quod descendit in oram vestimenti ejus. Mandavit Dominus benedictionem in sæculum

---

[34] This long prayer, and the benediction which follows, also seem to have been peculiar to the Church of England: and as we find it in the pontifical of Dunstan, but not of Egbert, to have been introduced about the 10th century.

sæculi. Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum.

Repetatur antiphona post unumquemque versum.

Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti ejus, sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, et vitam usque in sæculum.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

Hic mittatur solum chrisma super caput ejus.

Unguatur et consecretur caput tuum cœlesti benedictione in ordine pontificali, per sacri chrismatis unctionem et nostram benedictionem. In nomine ✠ Patris, et Filii ✠, et Spiritus Sancti. Amen.

Unguantur manus istæ,[35] et sanctificentur, et in te

---

[35] There is no mention of any unction of the hands in the sacramentary of S. Gregory: and I think it may be asserted that the pontifical of archbishop Egbert is the earliest MS. in which it is to be found. From England it was however adopted not long after into the foreign churches, as appears from several ancient orders printed by Martene. There are frequent references also in several authors to this practice, reaching up to nearly the time of Egbert. Peter Damian speaks of it, in immediate connexion with the consecration of bishops: "Liniuntur et manus, ut quicquid benedixerint benedicatur, et acceptum sit divinæ majestatis aspectui." *Serm.* 1. *de Ecc. dedicatione.* And Pope Innocent III. "Hoc unguento caput, et manus episcopi consecrentur." *De sacr. Unctione. cap.* 1. Menard cites also a synodical epistle, (concil. Carisiacum, *Quiercy on Oise*) A. D. 838, in which the unction of the hands is spoken of.

The student will see below that this unction was ordered to extend from the right thumb: and from note 33, that in the Bangor use, the thumb is still more particularly

Deo Deorum ordinentur. Unguo manus has oleo sanctificato et chrismate unctionis purificato: ut sicut unxit Moyses verbo oris sui manus sancti Aaron germani sui, et sicut unxit Spiritus Sanctus per suos flatus manus sanctorum apostolorum; ita unguantur manus istæ et sanctificentur et consecrentur, ut in omnibus sint perfectæ in nomine tuo, Pater, Filiique, atque æterni Spiritus Sancti, qui es unus summus Deus omnium vivorum et mortuorum, manens in sæcula sæculorum. Amen.

His peractis, ipse qui consecratur extendat manus suas ambas, unam juxta alteram, ante consecratorem: et consecrator fundens chrisma super manus, cum pollice faciat crucem unguendo a pollice dextro usque ad indi-

---

specified. Both Menard and Catalani have observed this, from some manuscripts which they had collated: and remark upon it, proving that there was, in some churches, a separate unction of the thumb: and in fact, an ancient ordinal of the church of Rouen, before referred to, has an express prayer "ad pollicem consecrandum." Although, (upon the other side,) it does not make any mention of an unction of the hands. Mabillon. *Analecta. p.* 229. But it is doubtful whether this separate unction of the thumb was adopted at any time by the church of Salisbury: and it is further not impossible, that the variations of the English MSS. consist only in the obscurity of the rubrics, all meaning the same thing, as is clearly enough expressed in the text above, that the unction of the hands should begin from the right thumb. Menard cites a passage, not very clear, in support of his view, from *Gulielmus Parisiensis:* "Quemadmodum in consecratione pontificum perfectio, et plenitudo legitur; sicut in unctionibus capitis, manuum, et pollicis, pinguedo internæ unctionis." *Cap. de extr. Unct.* A short rubric has been inserted into the margin of the pontifical, in a later hand, which would however seem to direct, that a separate unction of the thumb was to be performed: but I would not rely upon the authority of such an interpolation. "Hic prius consecrator, et post alii episcopi, chrismate confirment pollicem dexterum electi, sic dicendo: 'Oremus.'"

cem sinistrum, et lineat totas ipsius ab interiori parte, dicens sine nota :

' Deus, et Pater Domini nostri Jesu Christi, qui te ad pontificatus sublimari voluit dignitatem, ipse te chrismate et mysticæ delibutionis liquore perfundat, et spiritualis bene✠dictionis ubertate fœcundet, ut quicquid benedixeris benedicatur ✠, et quicquid sanctificaveris sancti✠ficetur ; et conse✠cratæ manus tuæ, vel pollicis, impositio cunctis proficiat ad salutem. Amen.

Immensam clementiam tuam rogamus, omnipotens et piissime Deus, ut manus istius famuli tui, scilicet fratris nostri, sicut exterius obducuntur chirothecis istis,[36] sic interius aspergantur rore tuæ benedictionis,

---

[36] In the first rubric of this service, among the necessaries to be provided, are specified the "Chirothecæ :" but with the exception of this reference, hardly agreeing with the rubric below, we have no notice taken of them in the order of consecration. But there is a rubric added, immediately before this prayer, in the margin of the pontifical, in a somewhat later hand : "Deinde imponat consecrator chirothecas lineas super manus electi, ad præservationem chrismatis, interim sic dicendo : 'Oremus.'" The limitation here, "ad præservationem chrismatis," explains the reason why they were put upon the hands. In the modern Roman pontifical, both the mitre and the gloves are solemnly delivered and put on, after the service of the communion is finished : and a special prayer is appointed to be said with each. In the most ancient Ordinals, there is no mention made of the gloves, nor, as the reader will observe, in the Winchester, Bangor, and Exeter MSS. We may, therefore conclude, that although sometimes put on, before this prayer, yet that the solemn investing with them was scarcely introduced into the Church of England : and that the nearest approach was a prayer, alluding to them, like that in the text. I do not mean to say, that the use of gloves, as a portion of the proper episcopal vestments, was not of very high antiquity in England, as in other of the Western churches : but that the putting them solemnly upon the hands of the new bishop, did not form an especial part of the office of consecration.

For there can be no question

ut quæcunque per eas sint benedicenda, sanctificanda, vel consecranda, per te benedicentur, sanctificentur,

---

of their constant and universal use by bishops for centuries in this country: this is certain from the testimony of illuminations, and brasses, and sculptures.* It is a remarkable circumstance also, that this very prayer in the text, "Immensam clementiam" is appointed to be said in the ancient "Ordo" printed by Hittorpius, *p.* 99, "*quando episcopus induitur manicis;*" for so, as was not unusual in that age, the "chirothecæ" were termed. Therefore we cannot refuse to the "chirothecæ" the authority of long use, though we need not give credit to Hugo Victorinus, Innocent III., or Durand, who, following the author of the "Gemma," have not hesitated to say, "Chirothecarum usus ab apostolis est traditus." *Gemma Animæ. lib.* 1. *cap.* 215.

The position in which this prayer occurs in the text, is certainly more natural than according to the modern Roman custom; by which, the gloves are made a chief ornament, not referred to the unction, and that they may be put on, the ring is of course ordered to be removed. It is probable, I think, that the allusion, and a mere allusion only, to them in the Sarum pontifical, is to be traced to that earlier age, when they were worn by priests as well as bishops. Saussajus asserts that even then there was a difference observed: "nam presbyterales ex corio erant, episcopales ex serico, *aureum circulum* (teste Innocentio III.) *desuper habentes.* Sacerdotales erant consutæ, pontificiæ textiles ac inconsutiles, ad unitatis ecclesiæ quæ in episcopo residet mysticum indicium." *Panopl. Episc. p.* 354. With respect to this last point, there is the testimony of the "Gemma," in the chapter above cited: "chirothecæ sunt inconsutiles, quia actiones pontificis debent rectæ fidei esse concordes."

I transcribe the prayer which is now in the Roman Pontifical: and

---

* To these may be added Inventories: for example of S. Paul's, A. D. 1295. "Item, duæ chirothecæ, in quibus deficiunt multi lapilli. Item duo paria chirothecarum, ornata laminis argenteis deauratis, et lapidibus insertis." *Dugdale. S. Paul's p.* 205. And, of Canterbury: "Chirothecæ: cum perlis et gemmis in plata quadrata. Item par unum cum tasselis argenteis et parvis lapidibus. Item, quatuor paria cum tasselis argenteis. Item, par unum de lino, cum tasselis et perlis." *Dart's Canterbury. Append.* xiij.

et consecrentur. Qui vivis et regnas cum Deo Patre, in unitate.

Et repetatur pro quolibet, si plures sint: deinde imponantur chirothecæ. Deinde consecrator, abstersis manibus suis, benedicat baculum pastoralem, sic:

Sustentator humanæ imbecillitatis Deus, bene✠dic baculum istum, et quod in eo exterius designatur, interius in moribus famuli tui propitiationis clementia operetur. Per Dominum.

Quum datur baculus dicat ordinator:[37]

Accipe baculum pastoralis officii: et sis in corrigendis vitiis pie sæviens, judicium sine ira tenens, in fovendis virtutibus auditorum animos demulcens, in tranquillitate severitatis censuram non deserens.

Et repetatur pro quolibet, si plures sint.

Benedictio annuli.

I think the reader will agree, that the allusion to Jacob's gloves, is not the most appropriate which might have been suggested. "Circumda, Domine, manus hujus ministri tui munditia novi hominis, qui de cœlo descendit, ut quemadmodum Jacob dilectus tuus, pelliculis hædorum opertis manibus, paternam benedictionem, oblato patri cibo, potuque gratissimo, impetravit, sic et iste, oblata per manus suas hostia salutari, gratiæ tuæ benedictionem impetrare mereatur. Per."* *Pontif. Rom.* The Sarum prayer was better than this.

[37] The pontificals of Egbert and Dunstan deliver the pastoral staff: and there are numerous early writers who mention it, as a part of

* St. Augustine however says: "Hædinis certe pellibus membra contexit; si causam proximam requiramus, mentitum putabimus; hoc enim fecit ut putaretur esse qui non erat: si autem hoc factum ad illud propter quod significandum re vera factum est referatur; per hædinas pelles peccata, per eum vero qui eis se operuit, ille significatus est, qui non sua, sed aliena peccata portavit. Verax ergo significatio nullo modo mendacium recte dici potest." *Contra mendacium.* 24. *Opera. Tom.* vj. *p.* 461.

Creator et conservator humani generis, dator gratiæ spiritualis, largitor æternæ salutis, tu Domine, emitte benedictionem tuam super hunc annulum, ut qui eum gestaverit, armatus virtute cœlestis defensionis proficiat ad salutem mentis et corporis. Per Dominum.

Post hæc consecrator mittat annulum[38] *in digitum annularem dextræ manus consecrati, dicens:*

---

the office of consecration. Isidore Hispalensis says; "Huic autem, dum consecratur, datur baculus, ut ejus indicio subditam plebem vel regat, vel corrigat, vel infirmitates infirmorum sustineat." *De div. off. lib.* 2. v. (Hittorpius edit. p. 20.) Venerable Bede also, the contemporary of Egbert: "Baculum habet episcopus, ut subditos regat, infirmos sustineat." *De vij. ordinibus.* Martene cites also the following from a life of S. Cæsar Arelatensis: "Cum ergo vir Dei Cæsarius per eamdem pergeret ecclesiam, clericus cui cura erat baculum illius portare, quod notariorum officium erat, oblitus est." *Tom.* 2. *p.* 28. Once more: Hugo St. Victor explains other meanings attached to the pastoral staff: "Episcopo, dum regimen ecclesiæ committitur, baculus quasi pastori traditur, in quo tria notantur, quæ significatione non carent, recurvitas, virga, cuspis; significatio hoc carmine continetur:

Collige, sustenta, stimula,—vaga, morbida, lenta:
Hoc est pastoris, hoc virga figurat honoris.

Item,

Attraho peccantes, justos rogo, pungo vagantes,
Officio triplici servio pontifici."

De Sacram. cap. xl.

[38] The delivery of the ring also forms a part of the ceremonial of Egbert: and before that time, Isidore Hispalensis, in the place before cited, note 37, immediately adds: "Datur et annulus propter signum pontificalis honoris, vel signaculum secretorum." Neither Amalarius, Alcuin, or Rabanus Maurus make any mention of it; and Catalani supposes that it was not until after their time that it was generally introduced into the churches of Germany. *Comment. tom.* 1. *p.* 208. The author, however, of the "Gemma Animæ" speaks of it, and says: "Annuli usus ex evangelio acceptus creditur, ubi saginati vituli conviva prima stola vestitur, annulo insignitur. —— Pontifex ergo annulum portat, ut se sponsum ecclesiæ agnoscat, ac pro illa animam, si necesse fuerit, sicut Christus ponat." *Cap.* 216. Bibl. Patrum. *Auct. tom.* 1. *col.* 1235.

Accipe annulum fidei scilicet signaculum, quatenus Dei sponsam, sanctam Dei videlicet ecclesiam, intemerata fide ornatus, illibate custodias.

Et repetatur pro quolibet si plures sint.

Benedictio mitræ.

Deus, cujus providentia statuit ut mitra pontificis caput ornaret, misericordiæ suæ dono concedat, ut hoc capitis ornamentum ministerio bonorum operum ad ornatum animæ convertatur. Per Dominum.

Cum datur mitra,[39] *dicat ordinator:*

---

[39] This ceremony is of very late introduction: Catalani supposes that there is no trace of it in any pontifical before the 12th century; but as the reader has already seen, note 33, the Winchester MS. has a reference to it, but without an express prayer: "*Hic imponatur mitra capiti ejus.*" The benediction and prayer both occur in the Bangor pontifical.

I do not think it requisite to enter here into the controversy, as to the date at which mitres began to be used in the Western Church. The great authorities for an extreme antiquity are Saussajus, *Panoplia Episcopalis, lib.* 1. and Joseph Vicecomes, *de app. Missæ.* cap. xxix. Cardinal Bona takes a middle view of the question, by drawing a distinction between the mitre, properly so called, and some other ornament of the head, which, of some kind, was always worn from the primitive ages. *Rerum lit. lib.* 1. cap. xxiv. Martene, *de ant. ecc. rit. lib.* 1. *cap.* iv. following Mabillon, Præf. Sæc. iv. Bened. p. II. clxxxij. takes another ground: that the mitre was always an episcopal ornament, but that for many centuries it was made the subject of an especial grant and privilege from the Pope. Lastly Menard, in his notes to the Sacramentary of S. Gregory, declares that it was not introduced until the 10th century; and he relies upon the fact that there is no mention made of it in the ancient pontificals, nor in the ritualists before that time; either by Alcuin, or Amalarius, *etc.* This is undoubtedly a very powerful argument, and the only fact by way of evidence which is brought upon the other side, is an account of the examination of some supposed remains of pope Leo the Great: "in quibus super ejus caput *mitræ genus* inventum est." *Georgius. tom.* 1. *p.* 231. So that the question, as regards facts, is still where Menard has left it. The most

Deus qui mitræ pontificalis honore te voluit insignire clementer annuat, ut quæ per mitræ cornua figurantur, ad tutelam et salutem animæ fortiter et prudenter corde tractes et ore. Per Christum.

Et repetatur pro quolibet si plures sint.

Postea det eis codicem evangeliorum, dicens :[40]

---

probable opinion seems to be that of cardinal Bona.

But I would add an extract from Innocent III. as to the mystical meaning and signification of the mitre. "Mitra pontificis scientiam utriusque testamenti significat: nam duo cornua, duo sunt testamenta, duæ fimbriæ spiritus, et litera: circulus aureus, qui anteriorem et posteriorem partem complectitur, indicat, quod omnis scriba doctus in regno cœlorum de thesauro suo nova profert, et vetera. Caveat ergo diligenter episcopus, ne prius velit esse magister, quam norit esse discipulus, ne si cæcus cæcum duxerit, ambo in foveam cadant." *Lib.* 1. *cap.* xliv. The student can consult also the "Gemma Animæ," *cap.* 214. Hugo Victorinus, *de sacr. lib.* 1. *cap.* 55: both these in the *Auctarium* to the Bibl. Patrum. *tom.* 1. And *Durandus. lib.* 3. *cap.* xiij. 5.

The mitre is a very frequent item in the old English inventories.

[40] There is not any notice of this ceremony in the Anglo-saxon pontificals: the unction, the ring, and the staff are appointed in all of them, but not the mitre or the book of the Gospels. None, also, of the earlier ritualists mention it: Isidore, or Alcuin, or Amalarius: and as it is not enjoined in the Winchester MS. although we find it in the Bangor, we may conclude that it began to be generally adopted in England, soon after the mitre, in the 12th or 13th century. Some writers of the Roman communion have argued that this delivering of the Gospels is "pars materiæ episcopatus:" to this Morinus objects, that the new bishop is after the unction, styled by the rubrics "consecratus," and not "electus." *De sacr. Ordin.* p. 18. And Catalani agrees with him: *Comment. tom.* 1. *p.* 210. But as far as the argument is concerned, it is somewhat curious, that in this particular place, the rubric of the Sarum pontifical does call the bishop, "electus." Nevertheless we may consent to the judgment of Catalani, (however he may have arrived at it, or to serve what end) that all these parts of the ordinal, the staff, ring, mitre, &c., are neither necessary,

Accipe evangelium, et vade, prædica populo tibi commisso : potens est enim Deus augere tibi gratiam suam, qui vivit et regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Pax tibi.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Et repetatur pro quolibet si plures sint.

Et dominus metropolitanus, vel consecrator, peragat missam.

Electus autem[41] *juxta præscriptum ordinem consecratus, inclinet se metropolitano vel consecratori gratias referendo, quem duo episcopi adducant in locum ubi provisum est, ubi missam de sancta Maria celebret.*

Secretum, cum secreto de die :

Suscipe, Domine, munera quæ tibi offerimus pro famulo tuo, ut propitius in eodem tua dona custodias. Per Dominum nostrum.

Infra canonem.

Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ, quam tibi offerimus, etiam pro famulo tuo quem ad episcopatus ordinem promovere

---

nor essential; to use his words, resting on his argument from the term *consecratus*, "Quod quidem indicium est minime obscurum, nostrum Romanum pontificale, traditiones illas baculi, annuli, et evangelii habere, ut meras cæremonias consecrato episcopo accedentes." *Ibid.*

[41] The rubric in this place of the Exeter pontifical throws some light upon that in the text, but it does not specify the mass which was to be said.

"*Et tunc legatur evangelium; quo lecto, episcopus novus ex more Romanæ ecclesiæ ex institutione papæ Melchiadis habet offerre duos magnos panes, duas amphoras vini, et duos magnos cereos, sed istas oblationes non observat ecclesia Anglicana : sed lecto evangelio, recedat episcopus, de novo consecratus, quem deducant duo episcopi ad locum ubi missam est celebraturus Postea dominus consecrator inceptam missam peragat.*"

dignatus es, quæsumus Domine, ut placatus accipias, et propitius in eo tua dona custodias; ut quod divino munere consecutus est, divinis effectibus exequatur: diesque nostros: *Et cætera omnia sicut continentur in canone missæ.*

Postcommunio.

Plenum, quæsumus Domine, in nobis remedium tuæ miserationis operare; et tales nos esse perfice propitius, et sic foveri, ut tibi in omnibus placere valeamus. Per Dominum.

Alia missa in ordinatione episcopi.

Deus, qui ad ineffabilis observantiam sacramenti famulorum tuorum præparas voluntates, donis tuis corda nostra purifica, ut quod sancta est devotione tractandum, sinceris mentibus exequamur. Per.

Secretum.

Hæc hostia, quæsumus Domine, emundet nostra delicta: et sacrificium celebrandum subditorum tibi corpora mentes sanctificet. Per Dominum.

Infra canonem. Hanc igitur.

Resp. ut supra in alia missa.

Post communio.

Hæc nos communio, Domine, purget a crimine, et cœlestis remedii faciat esse consortes, per Dominum.

Item alia missa episcopi pro se in die ordinationis suæ.

Oratio.

Deus, qui non propriis suffragantibus meritis sed sola ineffabilis gratiæ largitate me familiæ tuæ præesse voluisti: tribue me tibi digne persolvere ministerium sacerdotalis officii et ecclesiasticis convenienter servire mysteriis, plebemque mihi commissam, te in omnibus protegente, gubernare concede. Per Dominum.

Secretum.

Ad gloriam, Domine, tui nominis, annua festa re-

petentes sacerdotalis officii, hostiam tibi laudis offerimus, suppliciter exorantes, ut cujus ministerii vice tibi servimus immeriti, suffragiis reddamur accepti. Per Dominum.

Infra canonem.

Hanc igitur oblationem quam tibi offero ego famulus tuus et sacerdos, ob diem in qua me dignatus es in ministerio sacro constituere sacerdotem, obsecro, Domine, placatus accipias, unde majestatem tuam exoro ut quod in me largiri dignatus es, propitius custodire digneris: diesque nostros.

Benedictio super populum.

Deus, qui me indignum et peccatorem ad pontificale officium dignatus est promovere, sua vos illustret atque sanctificet benedictione. Amen.

Donet mihi per gratiam suam bene operandi facultatem: et vobis sui famulatus promptissimam obeditionem. Amen.

Sicque vos doctrinis spiritualibus et operibus bonis repleri in præsenti vita concedat: ut ad pascua vitæ æternæ cum cæteris ovibus suis vos pariter introducat. Amen.

Quod ipse præstare dignetur.

Postcommunio.

Repleantur consolationibus tuis, quæsumus Domine, tuorum corda fidelium, pariterque et de ecclesiæ præsule, et de suorum votorum plenitudine, gratiarum tibi referant actiones.

Officium.

Sacerdotes Dei benedicite Dominum: sancti et humiles corde laudate Deum.

In tempore paschali: Alleluia.

Psalmus. Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate et superexaltate eum, in sæcula.

Pax vobis. Oremus.

Oratio.

Deus, cujus arbitrio omnium sæculorum ordo decurrit, respice propitius ad me famulum tuum, quem ad ordinem episcopatus promovere dignatus es, et ut tibi mea servitus complaceat, tua in me dona misericorditer conserva. Per Dominum.

Epistola ad Hebræos.

Fratres: Omnis pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in iis quæ sunt ad Deum, ut offerat dona, et sacrificia pro peccatis. Qui condolere possit iis qui ignorant et errant, quoniam et ipse circumdatus est infirmitate. Et propterea debet quemadmodum pro populo, ita etiam et pro semetipso offerre pro peccatis. Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur a Deo, tanquam Aaron, quemadmodum scriptum est: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.

Graduale. Sacerdotes ejus induant salutare, et sancti ejus exultatione exultabunt.

Versus. Illuc producam cornu David, paravi lucernam Christo meo. Alleluia.

Versus. Posui adjutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea.

In Septuagesima dicatur tractus.

Beatus vir qui timet Dominum, in mandatis ejus cupit nimis.

Versus. Potens in terra erit semen ejus, generatio rectorum benedicetur.

Versus. Gloria et divitiæ in domo ejus, et justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Secundum Johannem.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis, Ego sum pastor bonus. Bonus pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mercenarius autem qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem,

et dimittit oves, et fugit. Et lupus rapit et dispergit oves. Mercenarius autem fugit quia mercenarius est; et non pertinet ad eum de ovibus. Ego sum pastor bonus. Et cognosco oves meas, et cognoscunt me meæ. Sicut novit me Pater, et ego agnosco Patrem: et animam meam pono pro ovibus meis. Et alias oves habeo quæ non sunt ex hoc ovili, et illas oportet me adducere, et vocem meam audient. Et fiet unum ovile, et unus pastor.

Offertorium.

Inveni David servum meum, et in oleo sancto unxi eum. Manus enim mea auxiliabitur ei, et brachium meum confortabit eum.

In tempore paschali. Alleluia.

Secretum.

Tibi, Domine Deus meus, devotionis meæ hostias immolo: adoro, pariterque deprecor clementiam tuam, ut me sacrificium mortificatione vitæ carnalis effectum in odorem suavitatis accipias, ac moribus quibus professioni meæ congruam instituas: ut sanctæ compunctionis ardore quem ab hominum cæterorum proposito segregasti, a conversatione carnali, et ab immunditia actuum terrenorum infusa mihi cœlitus sanctitate discernas, ut omnia terrena despiciam, cœlestia appetam. Per Dominum.

Communio. Fidelis servus et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram.

In tempore paschali: Alleluia. Alleluia.

Postcommunio.

Munerum tuorum, Domine, largitatem sumentes supplices deprecamur, ut quibus donasti hujus ministerii servitutem, exequendi gratiæ tuæ tribuas facultatem. Per Dominum.

Inthronizatio Episcopi cum ad sedem episcopatus sui advenerit.

De Inthronizatione Episcopi.[1]

DIE inthronizationis statuto, omnes prælati episcopatus, literatorie vocati, intersint hujusmodi solemnitati.

Decanus cum cæteris dignitatibus et canonicis ecclesiæ occurrant episcopo extra civitatem, et eo

---

[1] I shall not offer any apology for the length of the note which I insert here: as the importance of it will amply justify its introduction. It contains first, the order of receiving and inthroning the Bishop of Salisbury in his own cathedral, about the middle of the fifteenth century. Although bearing a close resemblance to the order printed in the text, from the manuscript which has supplied so many of the offices edited in these volumes, yet there will be found some important variations. The Order in the text is that which was used in the cathedral to which the pontifical originally belonged, and which very probably retained in such an office, as the inthronization of its bishop, some ancient peculiarities.

In the same way, there are variations between the Form of the Greater excommunication as it was said on some occasions in the cathedral of Salisbury, and the same Form, as it stands in the editions of the *Manuale ad usum Sarum*. See *Vol.* 2, *p.* 286. And again, the Form of bidding the bedes, printed below, will be found to differ from those in the printed manuals.

The order which now follows, is taken from a manuscript in the possession of the dean and chapter of Salisbury. There are careful erasures in many parts, some of which occur below: rendering the words quite illegible. It is unfortunately much rubbed and defaced in other places.

" *Sequitur hic modus recipiendi novum episcopum, post munus consecrationis adeptum, antequam inthronizetur in ecclesia cathedrali Sarum. In primis ordinabitur processio per illos quorum interest more duplicis festi, in qua præcedere debent quatuor personæ ecclesiæ processionaliter. Primo ex parte decani, post cruces et alios ministros ecclesiæ ad hoc specialiter deputatos, præcedat dominus*

salutato revertantur, ita quod commode possit revestiri. Thesaurarius sive subthesaurarius ordinet servientes ad pulsandum.

Ordinetur processio per cantorem vel succentorem: prælati obvient ei in medio cœmeterii cum dicta processione. Tamen si alius episcopus fuerit, aspergat eum

---

decanus; deinde cancellarius, et post eum duo archidiaconi; Dorsetiæ videlicet et Sarum: et tunc alii canonici sacerdotes, deinde canonici diaconi, et post eos canonici subdiaconi, prout stare solent in choro ex parte decani. Deinde vicarii majores et minores ex parte domini decani. Aliam vero partem processionis teneat præcentor primo, et post eum thesaurarius, et duo archidiaconi: videlicet Barokshire et Wyltshire. Deinde canonici et vicarii, ut dictum est de parte decani: qui omnes procedant honesto et lento [?] *passu per magnum ostium occidentale ecclesiæ, usque ad magnam portam clausi canonicorum borealem* ——— „ ——— „ ——— „ ——— „ ——— *cantando interim resp.* Cives apostolorum. *Et cum prædicti tres, episcopus viz. decanus, et præcentor, ad præfatum ostium pervenerint, unus alius canonicus, procurator decani et capituli sufficienter constitutus, præfatum episcopum ad juramentum fidelitatis eidem ecclesiæ præstandum requiret consuetum, ac ad faciendum ulterius in ea parte quod necessarium fuerit, seu etiam opportunum, prout clarius dictant sacræ et consuetæ prædictæ ecclesiæ sanctiones. Quo facto, præfatæ processionis diaconus textum evangeliorum, dictum juramentum continentem, eisdem offerre tenebitur sine mora. Cujus quidem juramenti tenor sequitur sub hac forma.*

"In Dei nomine. Amen. Nos *.N.* permissione divina ecclesiæ Saresburiensis episcopus, promittimus et juramus ipsi ecclesiæ Saresburiensi fidelitatem, et quod consuetudines ejusdem ecclesiæ antiquas, approbatas, illæsas observabimus, ac pro ipsius ecclesiæ juribus, libertatibus, et dignitatibus fideliter defensandis, opem et operam impendemus. Sic Deus nos adjuvet, et hæc sancta.

"*Et consequenter textum osculabitur supradictum. Quibus peractis præcentor incipiet antiphonam,* Beata Dei genitrix. *Et prædicti duo episcopum usque ad supremum gradum summi altaris adducent, choro interim canente antiphonam supradictam. Ipsoque episcopo ibidem coram*

aqua benedicta decanus, et cantor, sive ille qui est major in choro, cum alio canonico sibi associato, thurificent

---

altari prostrato, decanus sive excellentior preces dicat, cum nota solemniter, subsequentes.

"Et ne nos inducas in tentationem.

"*Resp.* Sed libera.

"Salvum fac servum tuum.

"*Resp.* Deus, sperantem in te.

"Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.

"*Resp.* Et de Syon tuere eum.

"Nihil proficiat inimicus in eo.

"*Resp.* Et filius iniquitatis non apponat nocere ei.

"Esto ei, Domine, turris fortitudinis.

"*Resp.* A facie inimici.

"Domine, exaudi orationem meam.

"*Resp.* Et clamor meus ad te veniat.

"Dominus vobiscum.

"*Resp.* Et cum spiritu tuo.

"Oremus.

"*Oratio.*

"Concede, quæsumus Domine, famulo tuo *.N.* episcopo nostro, ut prædicando et exercendo quæ recta sunt, exemplo bonorum operum animas suorum instruat subditorum, et æternæ remunerationis mercedem a te piissimo pastore percipiat. Per Christum Dominum nostrum.

"*Deinde adducetur per præfatos decanum et præcentorem ad sedem episcopalem, et ibidem per archidiaconum Cantuariensem inthronizabitur vel per commissarium suum, lecta tunc publice commissione, si absens dictus archidiaconus hoc committat, et ipso inthronizato, statim incipiat præcentor hymnum :*

"Te Deum laudamus.

"*Et notandum est quod dicti decanus et præcentor semper* —— „ —— *domino episcopo in sede sua prædicta, quousque hymnus* Te Deum laudamus *totaliter percantetur. Quo finito, dicant omnes :*

"Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson. Pater noster.

"*Tunc decanus stans a dextris episcopi, dicat solemniter cum nota, versum :*

"Et ne nos inducas in tentationem. Sed libera nos.

"Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

"Et salutem.

"Salvum fac servum tuum.

"Deus meus, sperantem in te.

"Convertere Domine usquequo.

"Et deprecabilis esto super servum tuum.

"Sit splendor Domini Dei nostri super eum.

"Et opera manuum suarum dirigat.

eum, et osculatis textis interius revertatur processio, junioribus præcedentibus, et sic processionaliter procedant

---

"Domine, exaudi orationem meam.

"Et clamor meus ad te veniat.

"Dominus vobiscum.

"Et cum spiritu tuo.

"Oremus.

"Deus, omnium fidelium pastor et rector, famulum tuum *N.* quem pastorem huic ecclesiæ tuæ præesse voluisti, propitius respice: da ei, quæsumus, verbo et exemplo quibus præest ita proficere, ut ad vitam una cum grege sibi credito perveniat sempiternam: per Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat.

"*Tunc dicat dominus episcopus:*

"Sit nomen Domini benedictum.

"Ex hoc, nunc, et usque in sæculum.

"Adjutorium nostrum in nomine Domini.

"Qui fecit cœlum et terram.

"Benedictio Dei Patris omnipotentis, et Filii, et Spiritus Sancti, descendat super vos et maneat semper.

"*Chorus respondeat:* Amen.

"*Data insuper benedictione, præfati decanus et præcentor ipsum episcopum in vestibulum adducent, pro suis pontificalibus ad celebrandum missam induendis: quibus indutis, ut moris est in festis duplicibus, cum quinque diaconis et quinque subdiaconis, tam pro processione tunc facienda si præ multitudine populi fieri poterit, quam pro officio missæ sic peragendo; in qua quidem missa quatuor erunt rectores, cum aliis ministris in festis duplicibus consuetis.*"

The Bangor pontifical does not contain this Order. In the Winchester and Exeter MSS. there is an entirely different service appointed, and in both, it is attached to the office of consecration of a bishop, immediately after the corresponding rubric to that above, p. 276. "*Quem duo episcopi adducant, etc.*" and without any separate title or heading.

I shall now transcribe this Order as it is in the Winchester pontifical, which the Exeter MS. follows, almost in every word.

"*Cum ad sedem episcopii sui consecratus episcopus venerit, priusquam in cathedra ponatur, ab aliquo episcopo cui a metropolitano injunctum fuerit, hæc oratio ante ipsam cathedram dicatur:*

"Deus honorum omnium, Deus omnium dignitatum, quæ gloriæ tuæ sacris famulantur ordinibus, huic famulo tuo *N.* quem apostolicæ sedis præsulem et primatem sacerdotum, ac ecclesiæ tuæ doc-

ad ecclesiam, ut in die nativitatis Domini, prælatis ultimis. Episcopus incedat inter duos digniores prælatos, vel prælatis absentibus inter decanum et præcentorem, præcentore sive succentore incipiente responsum, Summæ Trinitati. *Et sic eadem via quoque qua accesserunt, usque ad gradum altaris adducant.*

Et cum venerit ante magnum altare, episcopus inclinet se super sedile, cum quarello substrato tapeto, genuflectendo. Responso percantato, cum suo versu, a toto choro, sequatur:

Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.

---

torem dedisti, et ad summi sacerdotii ministerium elegisti, hanc, quæsumus Domine, gratiam largiaris, ut cathedram pontificalem ad regendam ecclesiam tuam, et plebem universam, ascendat. Per.

" *Hic mittatur in cathedram episcopalem: et hæc oratio dicatur:*

" Omnipotens pater, sancte Deus æterne, tu omnem ordinem dignatus es in cœlestibus sedibus ordinare, in cœlo, Domine, in æternum permanet verbum tuum, ubi angelos et archangelos, suo tibi ordine mancipasti; et in veteris testamenti privilegio, Moysen et Aaron in sacerdotibus tuis, et Samuel inter eos qui invocant nomen tuum, patriarchas et prophetas ad consulendum populo tuo ordinasti; et in novo, per Filium tuum, Jesum Christum, apostolos sanctos, et præcipue Petrum apostolum, in cathedram honoris universæ ecclesiæ præposuisti, et Matthiam ejusdem consortem in apostolatum atque cathedram honoris enumerasti, et in numero sanctorum omnium apostolorum evocasti; quæsumus, pro tua immensa misericordia, in nostris temporibus da tuam gratiam fratri nostro *.N.* ad instar sanctorum apostolorum tuorum sedentium in cathedra honoris et dignitatis, ut in conspectu majestatis tuæ dignus honore appareat. Per.

" Domine Jesu Christe, tu præelegisti apostolos tuos, ut doctrina sua nobis præessent, tu etiam vice apostolorum hunc episcopum doctrinam docere, et benedicere, et erudire digneris, ut immaculatam vitam et illæsam conservet. Per eundem.

" *Benedictio ejusdem episcopi:*

" Populus te honoret, *etc.*" *ut infra.*

There seems to be but little

Sine nota.

Pater noster.

Deinde super episcopum, cum prosternat se in oratione ad gradum altaris, dicat diaconus, vel qui est major in choro, capa serica indutus:

Et ne nos.

Salvum fac servum tuum, Domine, Deus meus.

Mitte ei Domine auxilium de sancto.

Et de Syon.

Nihil proficiat inimicus in eo.

Et filius.

---

doubt that these two pontificals contemplate the consecration of the bishop in his own cathedral: in which case the inthronization would take place at once, and form a part of the great solemnity. Or, according to the Uses of those churches in the office of consecration, the ceremony still retained in the church of Rome, might have been intended: namely, the placing of the new bishop in a "seat" or "throne" either prepared for him, or that in which the consecrating bishop had sat. It may not be improper to extract the rubric on this point from the modern Roman pontifical, as it illustrates what I have just said.

The rubric after the putting on of the gloves, proceeds: "*Tum surgit consecrator, et accipit consecratum per manum dexteram, et primus ex assistentibus episcopis per sinistram, et inthronizant eum, ponendo ipsum ad sedendum in faldistorio, de quo surrexit consecrator: vel, si id fiat in ecclesia propria consecrati, inthronizant eum in sede episcopali consueta, et consecrator tradit ei baculum pastoralem in sinistra.*" Rubr. Pontif. Rom.

The pontifical of Egbert includes the inthronization, in the Order of Consecration: appointing two prayers only:

"*Modo mittatur in cathedram episcopalem, et hæc oratio dicenda est:*

"Omnipotens Pater, sancte: *etc.*

"Domine, Jesu Christe, tu præelegisti: *etc.*" *ut supra.*

This pontifical doubtless supposed the consecration to be in the new bishop's own cathedral.

Esto ei Domine turris fortitudinis.

A facie inimici.

Domine exaudi orationem meam.

Et clamor meus.

Dominus vobiscum.

Oremus.

Oratio.

Concede, quæsumus Domine, famulo tuo *N.* episcopo nostro, ut prædicando et exercendo quæ recta sunt, exemplo bonorum operum animas suorum instruet subditorum, et æternæ remunerationis mercedem a te piissimo pastore percipiat. Per Dominum.

Et osculato altari, dicat episcopus benedictionem stando ante altare conversus ad populum.

Sit nomen.

Adjutorium nostrum.

Benedicat vos omnipotens Deus.

Postea admittat prælatos, et decanum, in osculum pacis, cum capitulo. Postea archidiaconus Cantuariensis, vel alius vice sua installet eum, ut mos est ; et dum installatur, incipiatur a cantore :

Te Deum laudamus :

et percantetur a choro, episcopo sedente in sede sua : et tunc post Te Deum laudamus, *dicat diaconus istas orationes sequentes, cum,*

Dominus vobiscum :

et, Oremus.

Oratio.

Deus, cui omnis potestas et omnis dignitas famulatur, qui de summo cœlorum fastigio cuncta creata gubernas, da famulo tuo pontifici nostro, quem ad pastoralis honorem cathedræ sublimasti, prosperum suæ dignitatis effectum ; fac eum, quæsumus, virtutum titulis

præpollentem, illustrante gratia tua, sic morum et meritorum splendore clarescere, ut servus tibi fidelis et prudens his quibus præest proficiens, verbo pariter et exemplo multiplicatum tibi fructum valeat opportuno tempore reportare.

Alia oratio.

Rege eum, quæsumus Domine, dextera cœlestis auxilii et in tua semper protectione conserva, ut te timendo super omnia perfecte diligat, et ab omnibus tuo munimine liberatus adversis, temporalibus non destituatur auxiliis, et sempiternis gaudeat institutis.

Oratio.

Fidelium, Deus, omnium rector et pastor, famulo tuo pontifici nostro quem pastorem ecclesiæ tuæ esse voluisti, tribue cœlestium propitius incrementa carismatum, et ei concede commissum sibi gregem digne et fideliter gubernare, quatenus eosdem pastor bonus ad pascua perennis vitæ deducens, a te bonorum omnium retributore mercedem et regnum sine fine mansurum simul cum illis percipere mereatur. Per Christum.

Et dicitur sub uno Per Christum.

Si aliquis episcopus præsens fuerit, dicat super ipsum istam benedictionem.

Populus te honoret, adjuvet te Deus, quicquid petieris præstet tibi Dominus, cum honore, cum castitate, cum scientia, cum largitate, cum caritate, cum humilitate: dignus sis, justus sis, sincerus sis, apostolus Christi sis: accipe benedictionem ac apostolatum, qui permanet in die ista, et in die futura: angeli sint ad dexteram tuam et ad sinistram tuam: ecclesia sit mater tua, sit Deus Pater tuus, sint angeli amici tui, sint apostoli fratres tui, et apostolatus tui gradum custodiant: confirmet te Deus in justitia, in sanctitate, in

ecclesia sancta: angeli recipiant te, et pax tecum inseparabilis per Redemptorem, Dominum nostrum, Jesum Christum, qui cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat in sæcula sæculorum.

Resp. Amen.

Benedictio Dei omnipotentis, Patris ✠, et Filii ✠, et Spiritus Sancti, super te descendat, et maneat semper. Amen.[2]

---

[2] This last benediction is omitted in the Exeter pontifical.

I.

De inthronizatione Archiepiscopi,

si pallium a sede apostolica personaliter receperit.

II.

Item de inthronizatione Archiepiscopi, quando sibi pallium mittitur a sede apostolica per nuncios speciales, et de professione ejusdem.

Officium inthronizationis archiepiscopi, si pallium a sede apostolica personaliter receperit.[1]

CONVENTUS *a summo mane, totum servitium usque ad magnam missam celebrabit.*

Cum enim archiepiscopus civitatem ingressus fuerit, prior et conventus, capis induti, usque ad portam cœmeterii cum solemni processione

---

[1] Both the Bangor and the Exeter pontificals contain this office: and I think the most simple method will be to transcribe the order, as it stands in those MSS., referring to the prayers which are to be found also in the text. The reader will thus the better understand the full order, as it was in the latter part of the fifteenth century, after various alterations and additions had been made.

First, the Bangor MS.

" *In consecratione archiepiscopi quando ipse archiepiscopus defert pallium a sede Romana.*

" Dominus vobiscum. Et cum spiritu tuo.

" *Oratio.* Deus qui de excelso cœlorum, *etc.*

" Omnipotens sempiterne Deus, qui cum sis altissimus, *etc.*

" Omnipotens sempiterne Deus, qui e summo cœli, *etc.*

" *In consecratione archiepiscopi [priusquam pallio circumdetur, dicatur ab aliquo?]* * *episcopo hæc oratio:*

" Domine Deus, Pater omnipotens, qui sola ineffabili, *etc.*

" *Qua dicta, ponatur ei pallium super humeros, dicente episcopo:*

" Accipe pallium, summi sacerdotii, *etc.*

" *Post hæc cum festiva processione, ducatur ad altare Domini Salvatoris, choro psallente ant:* Firmetur manus tua, *vel resp.* Dominum time. *Quo finito, dicatur hæc oratio, cum* Dominus vobiscum.

" Nostris, quæsumus Domine, officiis clemens adesto, et famulo

---

* The rubric here, and below, is much rubbed and defaced.

eidem occurrant, et accepta aqua benedicta, et archiepiscopo incensato, cruces et textus osculetur.

Deinde prior pallium archiepiscopi de manu clerici illud portantis recipiat, et dictum pallium capellano

---

tuo *.N.* archiepiscopo nostro, benedictionis tuæ gratiam concede, quem auctoritate apostolica, et mystico munere sacri pallii induere dignatus es, et ad summum sacerdotium promovere: fac, Domine quæsumus, ut sicut cæteros in ecclesia gradus honore præcellit, ita meritis et virtutibus augeatur. Per.

"*Deinde ducatur ad cathedram pontificalem, et in eam cum honore mittatur. Ubi, eo sedente, decantetur a fratribus sex vel octo stantibus ante solium, modico in eorum medio existente spatio. Quorum una medietas dicat hujus antiphonæ hanc partem:*

"Benedictus Deus, *etc.*

"*Respondeat altera medietas.*

"*Qua finita, dicatur ab uno episcopo hæc oratio:*

"Deus, qui ecclesiam tuam multiplici munerum tuorum largitate lætificas, concede famulo tuo .N. quem hodierna die apostolicæ dignitatis sublimitate et sacratissimi pallii benedictione confirmasti, virtutum titulis pollere, morum et meritorum gratia clarescere, gregemque sibi creditum digne ac fideliter regere, quatenus cum eo mereatur, devicto sæculo, ad pascua vitæ perennis feliciter pervenire. Per Dominum.

"*His dictis, missa celebretur.*"

In the Exeter pontifical, the Order is as follows.

"*In inthronizatione archiepiscopi antequam pallio circumdetur, dicitur ab uno episcopo:*

"Domine Deus, pater omnipotens, qui sola ineffabili, *etc.*

"*Oratione dicta, ponatur ei pallium super humeros, dicente episcopo:*

"Accipe pallium, *etc.*

"*Post hæc, cum festiva processione, ducatur ad altare, choro psallente antiphonam:* Firmetur manus tua: *vel resp.* Domini est terra: *quo dicto, dicitur hæc oratio, cum* Dominus vobiscum, *et cum* Oremus.

"Nostris, quæsumus Domine, *etc.*

"*Deinde dicitur a priore:*

"In Dei nomine. Amen. Auctoritate ejusdem, *etc.*

"*Deinde ducatur ad cathedram pontificalem, et in ea cum honore collocetur, ubi, eo sedente, decantetur alternatim a fratribus coram eo, Ant.* Benedictus Deus: *qua finita dicatur:* Oremus.

"Deus, qui ecclesiam tuam, *etc.*

"*His dictis, celebretur missa cum omni solemnitate.*"

archiepiscopi revestito, si monachus fuerit Cantuariæ, tradat deferendum. Si vero archiepiscopus capellanum de conventu Cantuariæ nondum habuerit, prior tradat hujusmodi pallium alicui seniori monacho Cantuariæ deferendum. Qui in vase argenteo, panno serico albo cooperto, pallium deplicatum, manu erecta, conventu præcedente, coram archiepiscopo et priore ad magnum altare solemniter portabit, et super altare ponet.

Conventus vero in choro manebit, decantans responsorium inceptum; archiepiscopus vero ante magnum altare interim prostratus orabit.

Finito cantu in choro, subjungat prior:

Salvum fac servum.

Deus meus sperantem.

Mitte ei, Domine.

Et de Sion.

Dominus vobiscum.

Oremus.

Deus Pater, et pastor ecclesiæ triumphantis, famulum tuum, quem pastorem ecclesiæ tuæ militanti præesse voluisti, propitius respice; da ei verbo et exemplo quibus præest ita proficere, ut ad illorum consortium, quorum vicem gerit in terris, una cum grege sibi credito valeat feliciter pervenire. Per Christum.

Finita collecta, archiepiscopus erigat se, et data populo benedictione, cantor incipiat:

Te Deum laudamus.

Interim vero archiepiscopus ad sedem suam ligneam in choro declinabit, pallio super altare remanente.

Finito Te Deum, *prior, deinde singuli fratres per ordinem ad altare accedentes pallium osculentur: deinde archiepiscopum, si tamen archiepiscopus post consecrationem suam tunc primo ecclesiam Cantuariæ intraverit.*

¶ *His peractis pallium in vestiarium deportetur, et archiepiscopus in cameram suam declinet.*

¶ *Adveniente hora celebrandæ missæ, archiepiscopus solemnibus vestimentis pontificalibus in vestiario indutus, et pallio redimitus, cum priore, tribus diaconis, et tribus subdiaconis cardinalibus, chorum intrabit; presbyteros vero cardinales non habebit, propter pressuram populi circa altare.*

Ad introitum vero chori cantor incipiat resp. Deum time, *quod solemniter chorus decantabit.*

¶ *Interim vero archiepiscopus et prior et prædicti ministri altaris, faciant stationem coram sede marmorea archiepiscopi sub feretro sancti Blasii versa ad orientem.*

Finito responsorio, prior subjungat collectam:

Deus, qui ab excelso cœlorum habitaculo, corda fidelium Spiritu Sancto corroborando illustras, archipræsulem nostrum quem sanctitatis pallio decorasti, virtutum quoque cœlestium robore confirma, ut ejus exemplo nos et documento iter vitæ cœlestis ingredi, et cum eo regni tui consortes fieri mereamur. Per Dominum. In unitate ejusdem.

Dicta collecta, prior perducat archiepiscopum ad cathedram suam pontificalem, et facta modica statione coram cathedra, prior dicat hanc orationem:

Omnipotens sempiterne Deus, qui cum sis altissimus humilis ad nos descendere dignatus es, te suppliciter exoramus, ut fastidio sacerdotii huic famulo tuo a te collato humilitatis dignitate promoveatur, et sicut in ministerio regiminis sui hanc sedem pontificalem ascensurus aggreditur, ita sedem pectoris ejus tuæ inhabitationis visitatione aggrediaris, quatenus solium tuæ sessionis largiente gratia tua existere mereatur: per te, Jesu Christe, qui cum æterno tibi Patre, et Spiritu

Sancto, vivis et regnas Deus. Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Dicta vero collecta, prior, ad quem pertinet archiepiscopum inthronizare, eundem archiepiscopum inter brachia sua recipiat reverenter,[2] *et archiepiscopum in cathedra pontificali inthronizet, et verba subscripta legat hoc modo:*

In Dei nomine. Amen. Auctoritate ejusdem ego .N. prior hujus ecclesiæ Christi Cantuariæ, inthronizo te dominum archiepiscopum in hac Cantuariæ ecclesia, in qua idem Dominus noster, Jesus Christus, custodiat introitum tuum ex hoc, nunc, et usque in sæculum.

His peractis, et archiepiscopo in throno suo sedente, octo monachi coram archiepiscopo, sub feretro sancti Blasii, alternatim cantent cantum:

Benedictus Deus.

Finito cantu, prior subjungat hanc orationem.

Omnipotens sempiterne Deus, qui de summo cœli fastigio omnia regnorum gubernacula regis, archipræsuli nostro, dominium hujus cathedræ a te bonorum omnium largitore suscipienti, cœlestium tribue incre-

---

[2] It is possible that this was a relic of a very ancient custom, once observed in the Gallic, and probably in the British churches. Before enthronization, the newly consecrated bishop was carried by the other bishops present, to his seat: or to one prepared for the occasion. Eddius relates the observance of it, in the case of Wilfrid, archbishop of York, the predecessor of Egbert: who was consecrated, not in his own cathedral, but in France. "Ibique statim conventio magna facta est, non minus quam duodecim episcoporum catholicorum, e quibus unus erat Ægelbercthus episcopus, qui eum propter fidem suam indicatam in sella aurea sedentem more eorum sursum elevaverunt, portantes in manibus soli episcopi intra oratoria, nullo alio attingente, hymnosque et cantica in choro canentes." *Vita S. Wilfridi. cap.* 12.

menta carismatum, quatenus oves sibi commendatas ita gubernet, ut cum fructu bonorum operum ad regnum sine fine mansurum cum illis, te donante, perveniat. Per Dominum.

Dicta collecta, cantor incipiat solemniter officium missæ de Trinitate. Cantato officio, et Kyrieleyson, *archiepiscopus coram throno, versus ad orientem, incipiat:*

Gloria in excelsis.

Deinde collectam missæ: et lecto evangelio, dicat Credo. *Et post* Credo, Dominus vobiscum *dicet ibidem.*

Cantato offertorio in choro, archiepiscopus de throno suo descendet, et ante magnum altare veniet, et oblationem panis et vini a cantore, prout moris est, recipiet. Et ex tunc totam missam ibidem complebit, nec ad thronum suum illo die redibit.

Missa celebrata, archiepiscopus et omnes episcopi præsentes indulgentias populo concedant, prout eis placebit.

Deinde sacris vestibus in vestiario exutus, archiepiscopus ad cameram suam declinabit, pransurus cum prælatis et proceribus ad solemnitatem hujus invitatis.

Die inthronizationis archiepiscopi quando pallium suum mittitur a sede apostolica per nuncios speciales, ad hoc destinatos, conventus summo mane primam et totum servitium usque ad magnam missam celebrabit.

His peractis, ordinetur solemnis processio in choro, et procedent qui cruces, cereos, thuribula, textus, et alia sanctuaria portant. Deinde sequatur archiepiscopus pontificalibus indutus, nudis pedibus. Deinde prior et conventus capis induti; et procedant omnes obviam pal-

lium portanti, usque ad portam civitatis per quam intrabit, si serenitas temporis hoc permittat.

Ille vero qui pallium defert de sede apostolica, alba et capa chori erit indutus, et pallium in aliquo vase aureo, vel argenteo, inclusum honorifice portabit.

Cum vero pallium portanti occurrerint, revertetur processio, et procedant qui cruces et alia portant. Deinde minores et omnes alii juxta ordinem suum. Et ultimo sequatur archiepiscopus, et post illum pallium portans. Et reversi in chorum, ponatur pallium super magnum altare.

Interim vero archiepiscopus coram magno altari prostratus orabit. Finito vero cantu in choro, surgat episcopus et data benedictione super populum, accedat ad altare, et faciat professionem suam in scriptis sub hac forma:

Ego N. archiepiscopus Cantuariæ ab hora ——— ——— fidelis et obediens ero[3] ——— „ ——— „ ——— ——— „ ——— „ ——— „ ——— „ ——— „ ——— successoribus canonice intrantibus. Non ero in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant aut membrum, aut capiantur mala captione. Consilium quod mihi credituri sunt, per se, aut per nuntios suos, sive litteras, ad eorum damnum, me sciente, nulli pandam. Papatum Romanæ ecclesiæ et regalia sancti Petri, adjutor ero, ad defendendum et retinendum, salvo ordine meo, contra omnem hominem. Legatum sedis apostolicæ eundo et redeundo honorifice tractabo, et in suis necessitatibus adjuvabo. Vocatus ad synodum veniam, nisi præpeditus fuero canonica præpeditione. Apostolorum limina singulis trienniis, aut

[3] This sentence has been completely erased in the manuscript.

per me aut per nuntios meos, visitabo, nisi apostolica absolvar licentia. Possessiones ad mensam mei archiepiscopatus pertinentes non vendam, neque donabo, neque impignorabo, neque de novo infeodabo, vel aliquo modo alienabo, inconsulto Romano pontifice. Sic me Deus adjuvet, et hæc sancta evangelia.

Lecta vero professione, archiepiscopus accipiat pallium in manibus suis, et statim incipiat cantor :

Te Deum.

Interim vero stet archiepiscopus coram altari, tenens pallium plicatum in manu sua, et accedant omnes fratres, a priore incipientes ; et osculentur pallium cum reverentia.

Quibus expletis, et lotis pedibus archiepiscopi, præparet se archiepiscopus ad missam celebrandam, et indutus pontificalibus in vestiario, antequam pallio circumdetur, dicatur ab illo qui pallium detulit a curia Romana si episcopus fuerit, alioquin ab alio episcopo solemniori tunc præsente, hæc oratio :[4]

[4] The Leofric MS. in the Bodleian contains : " *Orationes quæ dicendæ sunt super archiepiscopo, antequam palliam accipiat.*" I place them here, on account of the age and value of that manuscript.

" Deus, omnipotens Pater, qui non propriis suffragantibus meritis, sed sola ineffabili, *etc.*

" *Alia.*

" Deus, innocentiæ restitutor et amator, dirige hunc famulum tuum, *ill.* Spiritus tui fervore, ut in fide inveniatur stabilis, et in operibus tuis efficax. Illumina eum lumine sapientiæ, munda eum et sanctifica, da ei consilium rectum, doctrinam sanctam, ut qui eum inter summos sacerdotes voluisti numerare, concede ut quod humano ore eum voluisti vocari, hoc in conspectu tuo per gratiam tuæ pietatis possit fieri, ut cum electis tuis æternæ vitæ beatitudinem percipere mereatur.

" *Sequitur oratio postquam acceptum fuerit.*

" Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus, Rex regum et Dominus dominantium, clementiam tuam humiliter exoramus

Domine Deus, Pater omnipotens, qui sola ineffabili gratiæ tuæ largitate hunc famulum tuum .*N*. populo tuo præesse jussisti: tribue ei, quæsumus, per gratiam Sancti Spiritus tui, digne tibi persolvere ministerium officii sacerdotalis, ecclesiasticis convenienter servire sacramentis, plebemque sibi commissam ad gloriam tui sancti nominis digne gubernare. Per Dominum. In unitate.

Qua dicta, ponatur ei pallium super humeros, dicente episcopo:

Accipe pallium summi sacerdotii Domini Dei tui signum, per quod undique vallatus atque munitus, valeas

---

necnon et Unigeniti Filii tui Domini nostri Jesu Christi, qui omnes æterno pontificatu supereminens, solus sine macula sacerdotale ministerium implevit; simulque Sancti Spiritus, cujus septiformi gratia cœlesti virtute cuncta sanctificas, ut hunc famulum tuum, *ill.* divinæ providentiæ gratia largiente, a minoribus usque ad majora per gradus ascendentem, supernæ pietatis tuæ gremio gratanter suscipias, et quia nobis indignis, quos sedis apostolicæ summæque ministros servitutis, non exigentibus meritis sed dono clementiæ constituisti, salutaribus indumentis ad sacri altaris officium foras vestitus in præsenti apparet, ab omnibus criminum contagiis castigatus, perpetua spiritus tui sanctificatione intus impleri mereatur, vivique fontis fluentibus irrigatum, virtutum fructibus crescere, et coram omnibus clarescere concedas, ut ejus vita aliis possit exempla præbere. Sit ei honor pallii ornamentum animæ, et unde advenit fastigium visibile, inde florescat amor invisibilis. Tua divina potentia eum corroboret, tui Filii virtus viscera ejus fœcundet, tui Spiritus gratia interiora ejus impleat, per te firmitatem fidei catholicæ, non solum sibimet servandi sed etiam alios docendi causa, conservet. Per te cathedræ episcopalis et ecclesiæ universalis scutum non solum a spiritualibus, sed etiam a corporalibus hujus sæculi adversitatibus, habere mereatur. Per te apostolicæ dignitatis, in cœlis et in terris solvendi et ligandi, non solum corpora sed et animas, divina ditatus gratia, dominium suscipiat; ut ita dignis successibus devote degens, ad destinata sanctis præmia perveniens, æternam accipiat beatitudinem. Per."

hostis humani tentamentis resistere, et omnes insidias ejus a penetralibus cordis tui, divino munimine fultus, procul abjicere: præstante Domino nostro, Jesu Christo, qui vivit et regnat Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.[5]

His peractis, archiepiscopus pontificalibus indutus in vestiario, et pallio redimitus cum tribus diaconis, et

---

[5] In this form, we find no notice of that extraordinary claim which has been introduced into the modern pontifical of the church of Rome. Whatever may have been the actual practice of the primate of the English Church during the two or three centuries immediately preceding the reformation, the office appointed at the reception of the pall, did not recognize any other signification of it, in the Form at its delivery, than the ancient one of a mark of honour and dignity. But that the reader may the better see the distinction, which I am remarking, it will be well to transcribe the corresponding part of the present order of the church of Rome: which, although not adopted in England, is to be traced, it is said, to the authority of Innocent III.

"Ad honorem omnipotentis Dei, et beatæ Mariæ, —— —— tradimus tibi pallium de corpore beati Petri sumptum, in quo est plenitudo pontificalis officii, cum patriarchalis *vel* archiepiscopalis nominis appellatione, *etc.*"

With respect to this, the Roman theologians are obliged to confess, that there is not a shadow of any proof of such a claim, or pretence, as that the jurisdiction of a metropolitan depends upon his reception of the pall, to be found in the first centuries after its adoption at all, in any way: not to speak of the ages preceding, during which we hear nothing of the pall. And to such an extent is this usurpation of the court of Rome now pressed, that an archbishop or metropolitan, although consecrated, cannot perform any of those duties, which are peculiar to, or characteristic of, his office: he cannot consecrate a church (for example,) or confer orders. In fact, if he has been previously a bishop, and is translated to this higher dignity, the effect is, that for a time, until he has obtained his pall, he is suspended: and so far from obtaining at once increased power and authority, even that which he had is certainly taken from him for a season, and, if any difficulties are interposed, it can be regained only after a long delay, and trouble, and expense.

tribus subdiaconis, chorum intrabit. Et ex tunc omnia fiant, prout supra notantur, quando archiepiscopus pallium a sede apostolica personaliter recepit.

In quibus diebus[6] *archiepiscopus debet uti pallio, cum celebraverit in sua provincia, videlicet;*

In die nativitatis Domini.

In festo sancti Stephani.

In festo sancti Johannis.

In circumcisione Domini.

In epiphania Domini.

In dominica in ramis palmarum.

In cæna Domini.

Sabbato sancto Paschæ.

In die Paschæ et in secunda (et) tertia feria.

In ascensione Domini.

In die Pentecostes et in secunda et quarta feria sequente.

In nativitate sancti Johannis Baptistæ.

In festis omnium Apostolorum.

In tribus festis beatæ Mariæ.

In festo omnium Sanctorum.

In dedicatione ecclesiarum.

In principalibus festivitatibus ecclesiæ suæ.

In ordinatione clericorum.

In consecratione episcoporum.

In die anniversarii suæ consecrationis.

---

[6] In the epistles and briefs of the Roman pontiffs, there is a great variety observable, in the days upon which they conceded to various metropolitans the privilege of wearing the pall. Some of these occasions would be "proper" to the church or person in whose favour they were granted: for example, in the present case, the principal feasts of the church of Canterbury, and the anniversary of the archbishop's consecration, or "natal day," as it was sometimes called.

Qualiter processiones fiunt causa venerationis, scilicet ad suscipiendum Archiepiscopum, proprium Episcopum, Legatum vel Cardinalem, Regem vel Reginam.

Ordo ad recipiendum processionaliter Praelatum, etc.

FIUNT autem quædam processiones venerationis causa ad suscipiendum archiepiscopum, proprium episcopum, legatum vel cardinalem, regem vel reginam, quæ eodem modo et habitu ordinantur per omnia quo in die nativitatis Domini. Procedunt autem per medium chori et ecclesiæ, per ostium occidentale usque ad locum destinatum, ibique ad personam suscipiendum in processione duæ excellentiores personæ in capis sericis in revertendo suscipiant post thurificàtionem et aquæ benedictæ aspersionem, cantore incipiente responsorium: videlicet, contra archiepiscopum, proprium episcopum, legatum vel cardinalem, dicatur responsorium:

Summæ Trinitati.

Contra regem dicatur resp:

Honor virtus.

Contra reginam resp:

Regnum mundi.

Eadem quoque via qua accesserint, usque ad gradum altaris adducant. Finito responsorio cum suo versu, a toto choro sequatur:

Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson.

Pater noster.

Deinde super archiepiscopum, proprium episcopum, vel legatum, vel cardinalem, cum prosternant se in oratione ad gradum altaris, dicat episcopus in capa serica:

Et ne nos inducas.

Salvum fac servum tuum, Domine.
Mitte ei, Domine, auxilium de sancto.
Nihil proficiat inimicus in eo.
Esto ei, Domine, turris fortitudinis.
Domine exaudi.
Dominus vobiscum.
Oremus.

Concede, quæsumus Domine, famulo tuo metropolitano nostro, *vel* episcopo, *vel* prælato, ut prædicando et exercendo quæ recta sunt, exemplo bonorum operum animas suorum instruat subditorum, et æternæ remunerationis mercedem a te, piissimo pastore, percipiat: per Christum Dominum nostrum.

Super regem, vel reginam, in prostratione ad gradum altaris, dicat episcopus in capa serica:

Et ne nos.
Esto nobis, Domine, turris.
Domine, salvum fac regem, *vel*, ancillam tuam.
Mitte eis Domine.
Nihil proficiat.
Domine, Deus virtutum, converte nos.
Domine exaudi.
Dominus vobiscum.
Oremus.

Deus, in cujus manu corda sunt regum, qui es humilium consolator et fidelium fortitudo, et protector omnium in te sperantium: da regi nostro, et reginæ, populoque Christiano, triumphum virtutis tuæ scienter excolere, ut per te semper reparentur ad veniam. Per Christum Dominum nostrum.

Reconciliatio Ecclesiae pollutae, sive Coemeterii.

Reconciliatio Ecclesiae vel Coemeterii.

I*N reconciliatione ecclesiæ,*[1] *sive cœmeterii, vel alterius loci sacri, ubi sanguis fuerit effusus, aut homicidium factum, aut aliqua spurcitia publice perpetrata.*

Primo ordinentur vasa cum aqua, et cætera vasa convenientia ad deferendam aquam, sal, cinis, vinum: et induat se extra ut supra in dedicatione cœmeterii, dicendo psalmos qui in consecratione ecclesiæ intitulantur, cum precibus et oratione:

---

[1] Both the Bangor and the Exeter pontificals contain this office: with few and not important variations: some of which I shall notice, as we proceed.

The first rubric of the Bangor MS. commences as in the text: it is much defaced and rubbed. After the word "perpetrata," it continues: "Primo ante omnia nocte præcedente reconciliationem ecclesiæ vel altaris, asportentur reliquiæ cum cæteris sacris ab ecclesia profanata, et serventur in tentorio tota nocte cum vigiliis et excubiis dignis. Sed si cœmeterium sit tantum profanatum, nihil propter hoc ab ecclesia asportetur. Ipsa autem die reconciliationis, primo veniat episcopus ante ipsam ecclesiam, cum clero et populo ant. canendo sonora voce, 'Deus in sancto.'"

The Exeter MS. begins. "In reconciliatione ecclesiæ seu cœmeterii fiat tentorium honestum extra cœmeterium, si ecclesia fuerit polluta, a parte occidentali: si vero cœmeterium fuerit pollutum, paret se episcopus infra ecclesiam pontificalibus: et pro reconciliatione ecclesiæ præparentur sal, aqua, cineres, vinum, ysopus, scopa ad spargendum aquam. Episcopo vero induto pontificalibus, sicut in dedicationibus ecclesiarum solet indui, et egrediente de tentorio, cantetur a choro antiphona: 'Deus in sancto.'"

Deus, qui paterna *etc.*

Post hæc veniat episcopus cum baculo pastorali, ornatus amictu, alba, stola, pluviali, et capa de bisso i. e. bokeram, et mitra simplici, et baculo, sine manipulo.

In eundo versus ecclesiam vel cœmeterium cantatur hæc antiphona:

Deus in sancto via tua; quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia solus.

Psalmus: Viderunt te aquæ.

Et ante ipsam ecclesiam veniens, vel cœmeterium, deposita mitra, dicat episcopus hanc orationem.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui sacerdotibus tuis præ cæteris tantam gratiam contulisti, ut quicquid in tuo nomine digne perfecteque ab eis agitur, a te fieri credatur, quæsumus immensam clementiam tuam, ut quod modo visitaturi sumus visites, et quicquid benedicturi sumus bene✠dicas, sitque ad nostræ humilitatis introitum, sanctorum tuorum meritis, fuga dæmonum, angeli pacis ingressus, per Christum.

Oratio.

Aufer a nobis, Domine quæsumus, omnes iniquitates nostras, ut ad loca nomini tuo purificanda puris mereamur mentibus accedere, per Dominum nostrum.

Tunc intret episcopus ecclesiam, si sit reconcilianda, vel cœmeterium, choro canente hanc antiphonam: Pax huic domui, *vel* loco,[2] et omnibus habitantibus in ea, *vel* eo, pax ingredientibus et egredientibus. Alleluia.

Et veniens coram cruce in ecclesia, vel infra cœme-

---

[2] "Si solum cœmeterium sit reconciliandum, omittenda est illa antiphona, 'Pax' cum psalmo." *Rubr. pontif. Exon.* The Bangor MS. does not state this, but evidently contemplates that the antiphon should be said only at the reconciliation of a church.

terium in occidente, accumbat ibi super faldistorium, dum dicitur litania,[3] *ut supra in ordinibus.*

Et cum ventum fuerit ad versum, qui pro domino episcopo cantatur, surgat episcopus, et dicat :

Ut ecclesiam istam *vel* cœmeterium istud reconciliare digneris.

Te rogamus.

Ut ecclesiam istam *vel* cœmeterium istud reconciliare et mundare digneris.

Te rogamus.

Ut ecclesiam istam *vel* cœmeterium istud reconciliare, mundare, et sanctificare digneris.

Te rogamus.

Interim prosternat se episcopus, et cantores percantent litaniam usque in finem. Qua finita, surgat episcopus, ibidem deposita mitra, et dicat :

Oremus.

Diaconus. Flectamus genua. Levate.

Oratio :

Deus, qui peccati veteris hæreditariam mortem, in qua posteritatis genus omne successerat, Christi, Filii tui, Domini nostri passione solvisti, dona propitius, ut conformes ejusdem facti, sicut imaginem terreni parentis naturæ necessitate portavimus, ita imaginem cœlestis gratiæ sanctificatione portemus ejusdem Christi Domini nostri. Qui tecum vivit.

Postea dicat episcopus ter :

Deus in adjutorium meum intende.

Chorus respondeat sic :

Domine ad adjuvandum me festina. Gloria Patri *et* Sicut erat, *sine* Alleluia.

---

[3] The Bangor pontifical does not direct the litany.

Postea fiat benedictio salis, aquæ, cinerum, et vini. Finita benedictione, si ecclesia sit, circumeat episcopus tribus vicibus intrinsecus, ter spargendo aquam benedictam cum sale, cinere, et vino primo per pavimentum: secundo in medio; tertio, in summitate parietis, ut supra in dedicatione ecclesiæ, ac præcipue in loco contaminato, incipiens qualibet vice ab occidente per boream ad partem orientalem, usque dum redeat per sinistram in occidentem, ad locum quo inceperit. Eodem modo fiat extrinsecus. Si fuerit cœmeterium, primo de remotiori parte, secundo in medio, tertio juxta ecclesiam circumeundo, et maxime in loco delicti, spargat aquam benedictam. Interim cantetur hæc antiphona a choro.

Antiphona.

Asperges me, Domine, hyssopo et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.

Psalmus. Miserere mei Deus. *Et dicatur sine,* Gloria Patri.

Et post unumquemque versum repetatur antiphona, Asperges me.

Deinde rediens ad locum primum ubi litaniam dixerit, dicat istam orationem, sine Oremus.

Oratio.

Deum indultorem criminum, Deum sordium mundatorem, Deum qui concretum originalibus peccatis mundum adventus sui nitore purificavit, supplices deprecemur, ut contra diaboli furentis insidias fortis nobis pugnator assistat, et quicquid ejus virosa calliditate quotidianisque infestationibus maculatum hic corruptumque fuerit, efficiatur cœlesti sanctificatione ac mundatione purgatum; quia sicut illius est solidum perfectumque quassare, ita auctoris nostri est lapsa restaurare et corrupta purgare; cujus majestatem precamur, ut hic locus fiat ab omni pollutione purga-

tus, et sanctificatus, atque in priorem statum restitutus, et reconciliatus, ac sacratus: *terminando submisse*, per eum, qui in Trinitate perfecta vivit, et gloriatur, Deus: Per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

Sursum corda.

Habemus ad Dominum.

Gratias agamus Domino Deo nostro.

Dignum et justum est.

Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper et ubique gratias agere, Domine sancte, Pater omnipotens, æterne Deus. Cujus bonitas[4] nec principium nec finem habet, cujus est polluta purgare, neglecta restaurare, ædificia reædificare: exaudi orationes nostras, ut hujus loci receptaculum placatus accipias: et altare tuum *vel* ecclesiam tuam, *vel* cœmeterium tuum, quod infestantis diaboli fraude est pollutum, per infusionem gratiæ cœlestis sancti ✠ fices, puri ✠ fices, purificatumque possideas. Nihil hic, quæsumus Domine, postmodum noceat præteriti culpa contagii, nihil sit quod maneat inimici fraude pollutum. Resurgat vero hujus loci pura simplicitas, et candor innocentiæ pristinæ immaculatus, et dum recipit gratiam, revertatur ad gloriam. Quatenus hic populorum turba conveniens, dum petitionis ingerit vota, votorum se sentiat obtinuisse suffragia: *Terminando secrete*, Per Dominum nostrum, Jesum

---

[4] The proper preface appointed in the Bangor and Exeter pontificals is different from this, and much longer: and both those manuscripts agree in saying, "Cujus bonitas, *&c.*" not as a preface, but as a prayer: the Bangor after and the Exeter before, the preface.

The pontificals vary also in their arrangement of the prayers which succeed.

Christum, Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti, Deus, per omnia sæcula sæculorum.

Resp. Amen.

Postea circumeat episcopus ecclesiam intrinsecus ter cum incenso, eodem modo incensando quo asperserit aquam, incipiens qualibet vice ab occidente per boream ad partem orientalem, usque dum redeat per sinistram in occidentem ad locum ubi inceperit. Si fuerit cœmeterium, ter circumeat episcopus cum incenso, primo in remotiori parte, secundo in media, tertio juxta ecclesiam et maxime in loco delicti.

Interim cantetur hæc antiphona a choro:

Exurgat Deus, ad nostri famulatus obsequium, et in loco sancto ejus fiat benedictionis augmentum.

Psalmus. Exurgat Deus.

Totus psalmus dicatur, et repetatur antiphona post unumquemque versum psalmi, si necesse fuerit.

His peractis, eat episcopus ad primum locum, et ibidem stando dicat hanc orationem:

Deus qui in sanctis habitans, supernæ moderamine pietatis, terram mundus mundam formasti, quam etiam primi prævaricatoris de supernis ejecti sedibus suggestione maculatam priscis misertus paradisi quos creasti accolis, pii effusione cruoris ac proprii ab omni antiquæ prævaricationis contagio mundare et abstergere dignatus es: quæsumus immensam pietatem tuam, ut hanc ecclesiam, *vel*, ut hoc cœmeterium, quod, *vel*, quam, prius tua sanctificatione sanctificare voluisti, quamvis jam ejusdem nævo prævaricatoris maculatam, tua cœlesti bene✠dictione bene✠dicas: ut qui sub timore et amore tui nominis, ad hoc oratorium pro impetranda suorum venia peccatorum convenerint, *vel*, in hoc cœmeterio sepulti fuerint, se in perpetuum om-

nium veniam peccatorum impetrare gaudeant, et gaudia percipere sempiterna lætentur. Per Dominum.[5]

Deinde eat pontifex in ecclesiam, et ibidem cantetur hæc antiphona, licet cœmeterium tantum sit reconciliatum.

---

[5] The Bangor pontifical appoints various ceremonies here, which the other MSS. do not notice.

" *Tunc elevata manu benedicat sanctam ecclesiam, vel sanctum cœmeterium.*

" Benedictio Dei. *etc.*

" *Deinde reportentur reliquiæ ad ecclesiam psallendo antiphonam:*

" Sanctum est verum lumen.

" *Deinde eat pontifex cum clero et populo ad eum locum in quo reliquiæ nocte præterita cum vigiliis fuerint: et dicat in introitu tentorii hanc orationem:*

" Aufer a nobis, Domine quæsumus, iniquitates nostras, ut in sancta sanctorum puris mentibus mereamur introire. Per.

" *Post ingressum autem tentorii, clerus cantet ibi, ant.*

" O quam gloriosum.

" *Finita ant. sequitur oratio:*

" Fac, quæsumus Domine, nos sanctorum tuorum specialiter dicata membra contingere, quorum cupimus patrocinia incessanter habere. Per.

" *Tunc leventur reliquiæ cum honore et laudibus; cum cruce, thuribulis, et luminaribus: et exeant omnes canendo antiphonam:*

" Cum jocunditate exibitis.

" *Donec perveniant ad ostium. Hic ante ingressum ecclesiæ habeat pontifex ad ostium, facto silentio, verbum ad plebem, de honore ecclesiastico, de decimis, et oblationibus ecclesiarum: ac de ipsius ecclesiæ reconciliatione. Ipse autem dominus et constructor ipsius ecclesiæ admoneatur de dote illius, et qualem honorem ecclesiæ et presbyteris debeat exhibere. Illo autem profitente se jussa pontificis impleturum, dicat pontifex præ foribus hanc orationem, signans ostium, et ecclesiam:*

" Domum tuam, quæsumus Domine, clementer ingredere: et in tuorum cordibus fidelium perpetuam construe mansionem: et præsta, ut domus hæc quæ tua subsistit reconciliatione solemnis, tua fiat habitatione sublimis. Per."

A certain number of antiphons are then appointed to be sung, until the procession reaches the altar: where the relics are directed to be again deposited by the bishop, with the usual prayers. Then succeeds the prayer " Deus, qui ecclesiam:" followed by another, (the Preface repeated) " Deus, cujus bonitas," with which the Office in that manuscript concludes.

Confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis, a templo sancto tuo quod est in Jerusalem.

Psalmus. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum: universum semen Jacob glorificate eum.

Timeat eum omne semen Israel: quoniam non sprevit neque despexit deprecationem pauperis.

Nec avertit faciem suam a me: et cum clamarem ad eum exaudivit me.

Gloria Patri.

Repetatur antiphona.

Oremus.

Deus, qui ecclesiam tuam de omnibus mundi finibus congregatam, per tui lateris admirabile sacramentum cunctarum gentium matrem esse dixisti, quam etiam populorum varietate depictam martyrum tuorum meritis decorasti: benedic ✠, Domine quæsumus, sanctorum tuorum opitulante suffragio, tam altare quod eorum exornatur, te juvante, reliquiis, quam ecclesiam, atque fidelium tuorum vota offerentium sanctifica: qui vivis.

Sequitur benedictio elevata manu, per longum et latum loci, dicens:

Benedictio Dei ✠ Patris omnipotentis, ingeniti Filiique ✠ ipsius unigeniti, necnon Sancti ✠ Spiritus Paracliti ab utroque procedentis, maneat jugiter super ecclesiam istam, *vel*, cœmeterium istud, in sæcula sæculorum. Amen.

Postea dicat episcopus missam de reconciliatione. Si cœmeterium sit, dicatur missa:

Requiem æternam.

Si ecclesia sit, dicatur hæc missa.

Officium.

Dum sanctificatus fuero in vobis, congregabo vos de universis terris, et effundam super vos aquam mundam, et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, et dabo vobis spiritum novum.

In tempore paschali: Alleluia.

Psalmus.

Benedicam Dominum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo.

Oratio.

Deus, qui dixisti, domus mea domus orationis vocabitur, domum istam alienis offensionibus contaminatam mundare et sanctificare digneris, ut omnium preces et vota in hoc loco ad te clamantium clementer exaudias, et benigne perficias: per Dominum.

Epistola.

Ecce ego Johannes.

Resp. in dedicatione ecclesiæ.

Graduale. Tollite hostias et introite in atria ejus: adorate Dominum in aula sancta ejus.

Versus. Revelavit Dominus condensa, et in templo ejus omnes dicent gloriam. Alleluia.

Versus. Adorabo ad templum sanctum tuum, et confitebor nomini tuo.

Si infra Septuagesimam evenerit, dicatur tractus.

Laudate Dominum omnes gentes, et collaudate eum omnes populi.

Versus.

Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus, et veritas Domini manet in æternum.

Secundum Lucam:

In illo tempore; dixit Jesus discipulis suis, non est arbor bona quæ facit fructus malos.

Offertorium.

Oravi Deum meum ego Daniel dicens, exaudi, Do-

mine, preces servi tui, illumina faciem tuam super sanctuarium tuum, et propitius intende populum istum super quem invocatum est nomen tuum, Deus.

In tempore paschali: Alleluia.

Secretum.

Hæc hostia, quæsumus Domine, et locum istum ab immunditiis iniquorum vel patratæ offensionis expurget, et supplicationes nostras hic et ubique tibi reddat acceptas. Per Dominum.

Benedictio episcopalis.

Omnipotens Deus universa a nobis et ab hoc templo *vel* cœmeterio adversa excludat; ac suæ super vos benedictionis dona propitiatus infundat. Amen.

Corda convenientium ad hanc reconciliationem efficiat sacris intenta doctrinis, quo possint repleri beneficiis sempiternis. Amen.

Quatenus exequenda intelligentes, et intellecta exequentes, inter adversa mundi ab omni sorde peccatorum purificati inveniamini incolumes, et beatorum spirituum efficiamini in cœlesti regno cohæredes. Amen.

Quod ipse.

Communio.

Acceptabis sacrificium justitiæ, oblationes, et holocausta, super altare tuum, Domine.

In tempore paschali: Alleluia.

Postcommunio.

Percipientes, Domine, munera salutis æternæ, te supplices exoramus, ut templum hoc *vel* cœmeterium a barbarorum *vel* iniquorum inquinamentis emundatum, tua benedictione maneat sanctificatum, et pectora nostra, ab omni sorde vitiorum alienata, tibi devota semper assistant. Per Dominum.

Benedictiones diversae.

Benedictiones diversae.

I.—Vexillorum processionalium, vel militarium, benedictio. [1]

ORATIO.

Inclina, Domine Jesu, Salvator omnium et Redemptor, aures tuæ pietatis ad preces nostræ humilitatis, et per interventum beati Michaelis, archangeli tui, omniumque cœlestium virtutum, præsta nobis auxilium dexteræ tuæ, ut sicut be-

---

[1] The following is from a printed form, published in 4to., London, 1838: but I am not aware under what authority.

" Prayers used at the consecration of regimental standards and colours.

" *The Lord's Prayer.*

" Our Father, *etc.*

" Almighty and most merciful Father, our shield and buckler, our protector and preserver, the strength of all that put their trust in thee. With profound reverence and humility, and under a deep sense of our unworthiness, but in an entire dependence upon thy compassion and loving kindness, we prostrate ourselves at thy footstool. 'Justice and Judgment are the habitation of thy seat, and Mercy and Truth go before thy Face.'

" We approach thee, O Father, and pray unto thee for the light of thy countenance upon us: and we beseech thee to incline thine ear unto our petition, and to hearken to the voice of our humble supplications.

